filia. Et de hac materia vide **Io. an. in. c. fundame-**
ta. de elect. in. vij. vbi noluit: q. lz in materia odiosa
appellatōe nepotis: nō veniat filius fratris; mero-
ture inspecto: tñ pḡ cōmūnē v̄sum loquēdi comp̄
bendit talis nepos: quātūcīq. materia sit odio-
sa. et hoc dictū placet panoz. q. q̄ fede. d. se. in suis
cōsilij tenuerit contrariū. Nam in omni disposi-
tōe quātūcīq. odiosa et restringibili debemus
facere interpretatiōem fm̄ cōmūnē v̄sum loquendi. ve-
no-glo. in. c. nōnulli. de rescrip. et doct. in. c. olim. d.
ver. sig. et **Bar.** in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iu.
vide etiā **Panor.** de hoc in **phemio** decre. vbi con-
cludit. q. v̄sus loquendi prefertur. pprio significa-
to vocabuli. vt in l. labeo. ff. de sup. le. etiam in ma-
teria stricta. hoc etiam voluit **Bar.** in. l. nō dubit
C. de legi. vbi notabiliter dicit. Statuta intelligē-
dia fm̄ cōmūnē v̄sum loquendi. Et dicit **Butri.**
hoc. peccare; etiam si statutū dictaret statuta debe-
re intelligi. put iacent. Secus dicit in legibus cō-
ditis a iure peritis. quare tunc fm̄ eum verba nō
i. gulantur ab v̄su loquendi; sed a proprietate vo-
cabuli. hoc intelligit verū. d. **An.** nisi esset v̄sus lo-
ci condite legis; quia tunc debent intelligi verba
fm̄ cōmūnē v̄sum loquendi. Secus autem vbi

lex cōphenderet multa loca; ubi non est talis usus
loquendi: quia tunc verba intelliguntur proprie. et
nō regulantur ab ysu loquendi. Itz adicit aliud
notabile. qd si statutum dictaret statuta debere in-
telligi: nullo extrinsecus addito: vel sub intellecto:
qd tunc debent intelligi: nō fm usum loquendi: qd
ille intellectus est extrinsecus: sed fm proprium si-
gnificatiū vocabuli. Idem tenet Pano: in c. per
tuas. de proba. ubi dicit. qd in dispositiōe statuta-
ria: cōis ysus loquendi p̄fertur p̄prio significato
vocabuli.

Ru
Quid si quis sit natus de damnato coitu: et postea pater ducat matrem in uxorem, nunquid illi de iure communii potest tanquam legitimus promoueri? R^usi pater potuit illam in legitimam uxorem habere et percepit: sicut nullum impedimentum erat, et postea duxit eam in uxorem: legitimatus est filius antea genitus per sequens matrimonium. ita succedit in hereditate tanquam legitimus, et ad oes actus legitimos admittetur. Secus si propter aliquid impedimentum non poterat esse matrimonium inter eos tempore perceptiois.

¶ Quid si p̄sib⁹ filium generet ex vrore legitimis-
cum qua p̄straxit dum erat laicus, vel in minorib⁹
nunquid filius erit legitimus. **Rū.** Hosti. distin-
guit. et si iniulta vel ignorantie vrore fuit promotus
tunc talis erit legitimus fauore plis. **Si** vo ea co-
sentiente; tunc talis nō erit legitimus. **xxxij. di. se-**
riatim. et sic finē hanc distinct. cōcordat opinione
Ray. et **Gof.** que videtur cōtrarie. **Idem** dicsi ea
sciente et nō cōtradicente. ar. liii. di. li seruus scien-
te. **Et** ideo talis de iure nō poterit promoueri. vide
etiam glo. singularē in. e. ministri. lxxij. di. q̄ dicit.
et si vir post suā ordinatōē cognoscat vrore eūz
qua votum emisit; cōmittit incestum; et filij erunt
ilegitimi.

¶ *Quis potest dispensare cum illegitimo? R.*
episcopus potest dispensare quem ad ordines mi-
nores et beneficiis sine cura. *Alius non.* nec ad di-
gnitates seu personatus; nisi papa, extra de filiis
presbyteri qui libro. vi. ubi etiam patet quod si per
papam fuerit cum tali dispensatum: ut possit be-
neficium curatum obunere. intelligitur solum de
vno.

Quid si a papa dispensatōnem obtinuit: et postea impetravit: quod duo aut plura beneficia cum cura possit habere. **T**acuit autē p̄dictum defectum. **D**ic quod nō valet hec secunda gratia. c. si is cum quo-
defi. p̄sbv. li. vi.

Ray. si tales intrant monasteriu de iure comuni possant pmoueri ad omnes ordines. lviij. dist. S. j. extra de si. presby. c. i. **R**eligionis enim ingressus tollit irregularitatem. sicut etiam ingratitudinez xix. q. vlti. nō sicut. **A**d prelatem tñ nō possunt pmoueri absq; dispensatõe pape. d. c. i. **E**t **P**e. de palu. in. iiiij. dicit q illegitimus etiam ingressus religionem: curam animarū iure ordinario sive per electõem sive per commissionem: babere nō potest. **E**t no. glo. in. c. iiij. de apost. q ingressus religio- nis tollit omne irregularitatem: que surgit ex p.

Illegitimus

Fo. CXXIII.

pno delicto, ita q̄ sine dispensatōe pōt ad ordines pmoueri sed nō ad dignitates. illam vō que surgit nō ex p̄prio delicto nō tollit. Panor. aut̄ ibi dicit q̄ de hoc nō pōt dari certa regula, quia in quibusdam casib⁹ collit: in quibusdā nō. Et credit q̄ tñ in iure expressis casib⁹ tollat irregularitas p̄ ingressum religionis. Si vō remanent in seculo: nec ad ordines nec ad prelaturā possunt absq; dispensatōe pmoueri. Sed circa eos qñq; adhibet dispensatio magna. vix ut ordinetur et instituant ī ecclēsijs alijs a paterna. Dico si sunt filii p̄sbyteri Alter vō in quibusq; ecclēsijs ar. extra de sī. p̄sby. p̄ntium. Dico: vt etiam in paterna aliquo tamē medio. extra de sī. p̄sbyte. ex transmissa. Maxima: vt in paterna: nullo medio. ex de sī. p̄sby. ex tua.

Quid si cum illegitimo dispenseſ quo ad ordines et ecclēsiasticū beneficium. Rū. si ab ep̄o facta est dispensatio: non extenditur nisi ad ea que pōt. vt dictuz est. Si vō a papa poterit promoueri ad parochiale ecclēsiā non ad personatum vel retronam: ad quam per electionē p̄cedi cōsuēnit. ex de p̄ben. c. sī.

Queritur an papa possit legitimare quo ad temporalia et successiones. Rū. Panor. in. c. p̄ venerabilem. qui sī. sīt le. recolligendo sūmarie dicta docto. dicitq; aut queritur de legitimatōe fienda per papam. Aut per impatorē: seu habētē ab eo potestatē. Nam casu si vult legitimare in patrio- nio ecclēsiae: libere potest. vt in. d. c. per venerabili. Sed in terris alienis: aut subest maxima et ardua caula. et credit q̄ possit: licet legitimandus cognoscat alium in dñm. Monetur per tex. in. d. c. p̄ ve- nerabilem. in v. rōnibus. Nam si ille auctoritates veteris et noui testamenti nō cōcluderent in actu legitimations: frustra papa eas adduxisset. Fine ergo: q̄ ex legitimatione filij alicuius principis sequat fidei magna dilatatio. Nam tunc ob eam causam: vel simile papa poterit exercere iurisdic- onem tempalem: vt ibi et in. c. p̄ hūani. de homi. li. vi. Aut cessat arditas cause. et sīvult legitimare nō recognoscētē superiores: seu eius filios. et pōt. Aut vult legitimare recognoscētē supiorem. et nō pōt nisi superior cōsentiat: nisi velit legitimare in spūalibus. vt extra de sī. p̄sby. c. j. z. ii. li. vi. vñ si velit in cīpe a radice matrimonij. vt in. c. tanta. qui sīt legi. z. in. c. qz circa. de oſan. et affi. In im- peratore dicendū: q̄ incipiendo a radice matrimonij nō pōt legitimare: quia nō pōt ip̄e disponere sup matrimonio. vt in. c. tuam. de or. cogni. Aut p̄ scriptum vult legitimare: et tūc in spūalib⁹ nō pōt. In spūalib⁹ vō pōt in terris sibi subiectis: im- mediate vel immediate. immo de iure ipse solus pōt in toto impio. Dnde reges et alij principes qui re cognoscunt imperatoře in dominū: et iure nō pos- sunt legitimare: q̄ legitimatioſiſt et fame restitu- tio et sīlia vident refermata ſoli principi. Secus si eſſent principes: vel ciuitates non recognoscētēt supiorem. Nam iſti habent tantam ptātem quā- tam habet imperator in impio ſuo. Ad hoc. d. c. p̄ vene- rabilem. in v. in ſup. et facit glo. ibi in ver. re-

cognoscat. Ex quo habes: q̄ rex francie d̄ iure nō est exemptus a romano impio. Iz Innoc. dicit q̄ de iure ſubeft pape et nō imperio. Hosti. vō tenet primū: quia omnes principes ſeculares debent re cognoscere imperatoře in dñm: vt in. c. adrianus. lxiij. di. Et ex hoc dicit. q̄ reges hyſpanie: anglie: et francie tenent de iure obedire impatori: iz defa- cto nō obediāt. Nunquid autē peccent nō obe- diēdo. et nunquid potuerint p̄scribere cōtra im- perium. Respectu p̄scriptōis ſentit q̄ nō: niſi p̄ ſcripſiſſent paſſive. i. nomine romane ecclie. Re- ſpectu peccati dicit: q̄ forte excusantur a peccato: interim dum imperator nō exigit ab eis obedien- tia. Sicut in ſimili notatur in decimis. et cum hoc dicto transit in. d. c. p̄ venerabilem. Jo. an. Sz do- minus Anto. dicit poſſe defendi: q̄ iſti p̄ſcripſe- runt cōtra imperium. Nam plures poſſunt eſſe imperatořes: quēadmodū qñ plures eliguntur: et diſcordia. Et de cōſuetudine vterq; ministrat: vt notat glo. in clemen. romani. de iure iuris. Et Panor. putat q̄ iſti principes poſſunt p̄ſcribere iura imperij in eorum regnis. Ad hoc facit quod no. Jo. an. in. c. cum ep̄ilcopus. de offi. o. d. li. vi. vbi dicit q̄ prelati inferiori ep̄iscope poſt p̄ſcribere iura ep̄isopalia in certa pte dyocelis. Sed q̄ pri- ceps poſſit p̄ſcribere: vt ip̄e non ſit ſub imperio: non videt hoc poſſibile in iure: quia ſine poſſeſſio- ne p̄scriptio nō p̄cedit. Sed quis non poſſit poſſi- derē ſeipm. Et ideo iz papa vel alius poſuisset p̄ſcribere contra impatorē: tamen active nō p̄ce- dit p̄scriptio. Aut vult legitimare in terris ecclie. Et tūc nō pōt. Idē et fortius dicendū de habente ab eo ptātem.

Et ex predictis poſt correlative inferri q̄ papa q̄ ad terras ecclie poſt legitimare: tam quo ad tpalia q̄ quo ad spūalia. Quo vō ad terras imperij: poſt quo ad spūalia ſed nō quo ad tpalia. vt etiā volu- it Bart. in autenti. ex cōplexu. L. de ince. nup. Et hoc nūli ex marima et ardua cauſa. vt dicit panor. Nam tunc etiā in terris imperij poſſet legiu- ma re quo ad tpalia. Secundo inſertur q̄ imperatoř: vel alius ab eo habens ptātem nō poſt legitimare quo ad spūalia. Et ideo nec ad ordies: nec ad alia spūalia admittentur. vt etiam vult Bart. vbi s. Nec etiam erunt legitimi in dominio illorū: qui non recognoscunt imperatoře: q̄tū ad ea q̄ que fieret alteri p̄iudicium. puta ad ſucessionez bo- norū ab infeſtato. vt notatur in dicto. c. per ve- nerabilem.

Otrum autem comites palatini habentes po- testatem legitimādi ab impatore poſſint legitimare in p̄iudicium agnatorum. d. An. in. d. c. p̄ vene- rabilem: dicit q̄ non: niſi pater et agnati cōſentiat: quia hec poſteſtas tanq; alteri p̄iudicialis eſt re- ſtringenda. vt. l. j. §. si quis a principe. ff. ne quid i- lo. publi. Sed Panor. in. d. c. per veneſabilez. di- cit ſore in p̄ſcieida verba poſteſtas collate. Et vbi ſimpliſciter eēt data poſteſtas: credo q̄ poſſent legi- timare: etiam in p̄iudicium agnatorum quēadmo- dum impator: quia in hac legitimatōe iura nō fa- ciunt mentiōem niſi de patre. quia agnatis nō p̄-

xiiii

Illegitimus

Indicat nisi respectu spei. Sed posset dici quod quando istis comitibus simpliciter est concessa auctoritas legitimandi; quod possunt legitimare, etiam in preindictum agnatorum. Et hoc quo ad filios naturales tamen. Secus in spurijs et alijs ex damnato coetu: nisi expresse concedatur, facit quod notat **Io.** an. in addi. ad spec. in ti. qui si sint legi. ubi dicit. quod si spurius dupliciter. s. ex patre uxorato et matre maritata impetrat a papa. vel ab imperatore rescriptum legitimacionis quod non valet; si non expressit utrumque.

Ruimus si pater fecit legitimari filium naturalem post testamentum. An rumpatur testamentum. Dic quod sic: quia filius fictus rumperet. ut in autenti. si qua mulier. **A.** de la. san. ec. et arrogatus rumpit. ad hoc facit insti. q. mo. te. infir. in princ. **D**ec **Jac.** de bel.

His premissis. Quero de solennitate adhibenda in actu legitimacionis. Dic quod primo debet qualitas legitimatis reserari principi. utputa. quia est incestuosus. vel adulterinus. vel incestuosus et adulterinus simul. **A**lls autem legitimatio est surrepticia; ut dictum est. Et regulariter dicendum. quod omne tacitum: quo expresso. princeps non ita de facili concessisset legitimacionem: habet ipsam evitare. Ad hoc c. postulasti. de scriptis. Et pro hoc dico. quod si habet fratres legitimos et naturales impetravit legitimacionem: et non fecit mentio nez quod haberet legitimos. non valet legitimatio. quod princeps non iulet legitimare. quando legitimandus habet fratres legitimos. vel saltem non ita defaci li. ut sentit **Io.** an. in addi. speci. ti. de sic. ab int. Secundo requiri quod legitimandus consentiat. et hoc vult **Bar.** in. l. ini. ff. de his qui sunt sui vel alie. iii. ubi concludit per illas legem quod pater non potest legitimare filios bastardos: ipsiis iniuris. Idem dicit de naturalibus: natis ex concubinis. hoc verum dicit: nisi filius sit infans. ut. l. iubem. **A.** de emah. li. Et est ratio fini ludo. ro. quia non potest homo nolens alterius subiungi potestati.

Sed pone quod filius scit patrem impetrare suam legitimacionem: et non dicit. An habeat pro personente. fuit alii magna questio. Et communite nebatur quod non: quia in prauidicilibus taciturnitas non habetur pro consensu. Sed contrarium est verum. **Glo.** est singularis in. l. in adoptionib. ff. de adop. Item oportet quod pater consentiat. ut in autenti. qui. mo. na. effi. sui. S. generaliter. De agnatis dubitat utrum debeant vocari et consentire. **P**anormita. in dicto. c. per venerabilem. recitat **Jac.** de bel. sentire quod sic. **A**lls non valebit in prauidicium eorum. Sed dicit communiter teneri oppositum. ut notat **Io.** an. ubi supra. Idem **Bar.** in. l. gallus. S. et quid si tamen de li. et po. unde Panormita nus concludit quod aut pater vinit. Et satis est quod pater consentiat adeo quod etiam agnatis ab intestato iste legitimatus succedit. Nam princeps qui abstulit istis bastardis ius agnationis et cognationis: potest eos restituere sine alterius iniuria ad ius nature pumeum. ut in di. S. generaliter. Si

vo pater est mortuus. tunc aut pater disposuit ut iste legitimaret: et tunc non est necesse vocare agnatos. ar. in Autenti. Item si quis. **L.** de naturali. li. Aut pater nibil disposuit. Et tunc est opus ut vo cent agnati: quibus hereditas paterna acquisita est argu. l. i. et si. ff. de nata. re. **A**lls non valeret rescriptum legitimacionis: seu saltē non haberet regnum ad bona paterna. hec vera: nisi princeps ex certa scientia veller legitimare agnatis non vocatis ut notabiliter dicit **Bar.** in. di. S. et quid si tantum. Potest enim princeps ex certa scientia restituere in integrum cum prauidicio alterius. ad hoc facit quod notat in. l. fi. **L.** de sen. passis. et l. in cause. ff. de mino. Addit predictis quod notat **P**anormi. in. c. referente. qui si. sint legi. quod papa dispensando super matrimonio: per consequentiam dispensat super legitimacionem filiorum. etiam respectu hereditatis. Et hoc intellige de filiis postea genitis quia ut dicit idem **P**anormitanus in. c. tanta. qui si. sint le. Si incestuosus contrahat matrimonium per dispensationem ecclesie. non tamen filii ante geniti legitimantur: nisi aliud dicatur in dispensatione.

Returum is que papa legitimat possit in episcopum. pmouent **R**u. l. Hoff. et **D**ostici. dicunt quod non: quia cum hec indulgentia sit odiosa: est restringenda. extra de consang. et dilectio. Et ideo ad personatus et alias dignitates minores episcopatu tamen est extrendenda. extra de concess. pie. dilectus. Idem **Astei**.

Munquid autem is quem papa legitimat simpliciter: et in foro communis intelligatur legitimatus quo ad dignitates: **R**u. **Hoff.** quod non. **H**ostien. dicit quod sic. quia talis est perinde ac si ab inicio fuisse ex legitimo matrimonio natus. hoc enim facit lex mortua. d. c. tanta. **M**ulto fortius lex viua. ff. de psti. pr. beneficium. Hic ut simili resstitutus: ad oia resstitutus. **L.** de sen. pas. l. i. Sic simili resstitutus legitimatus intelligi dy ad oia legitimatus. et de pri. q. circa. hec **Astei**. li. viii.

An autem filii presbyterorum possint saltē succedere matri. Dic fin **P**anormi. in dicto. c. pvenabilem de mente glo. quod filii presbyterorum dicuntur adulterini. Et sic inferit quod matri succedere non potest quia tales nati ex damnato coetu repellunt ab hereditate parentum. ut in Autenti. ex complexu. **L.** de inc. nupt. Idem dicit de natis ex aliis clericis: constitutis in sacris. quod procedit etiam si sint nati ex unica concubina clerici. ut notat **Bar.** in. l. si gener. ff. de his qui. ut indig. quia concubinatus est specificie damnatus in clericis. ut extra de causa. cle. per totum.

Sed dubitari potest quid de natis ex clericis non constitutis in sacris beneficiariis. **Bar.** in. l. in concubinatu. ff. de pci. format. q. in terminis. Donec. qdam clericus in minoribus ordinibus constitutus retinuit concubinam. et ex ea habuit filios postea eam duxit in uxorem. An filii legitimantur. Et dicit **Ri.** malum. disputauit hanc quodem et tenuit quod non legitimantur: quia coetus concubinaris in clericis

Impedimentū. I. Fo. CXXIII.

est totaliter reprobatus a lege. ut in autem de sanctis episcopis. S. clericos. unde non potest dici filii naturales: nec per p̄nus legitimantur per sequens matrimonium. Jo. an. ponit istam quodam in mercu. in regula linea culpa. Et facit mentem de dicto Ricardi. et determinat huius regulas. quod ex quoque coitu sunt nati: dummodo potuerit esse virorum. si sensus affuerit. legitimantur per sequens matrimonium. De cens si tunc non potuerit esse virorum. Bar. autem distinguit. an ille clericus sit beneficiatus vel non. sed tamen hoc nihil facit propter opere. Jo. an. quia dato quod ille clericus in minoribz esset beneficiatus nihil minus si haberet teneret matrimonium. Et sic filij ante nati legitimarentur per dict. c. tanta. Et per predictam regulam patet. quod si saracenus habuit filium ex christiana et postea efficiat christianus. et cum illa probatur. propter hoc filius legitimatus: quia tempore natitatis non potuerat esse matrimonium. ut in. c. caue. xxviii. q. j. Idem dicit Bon. in nati ex coitu incestuoso. quod licet postmodum trahatur matrimonium per dispensationem ecclie: non tamen filii ante geniti legitimantur. quod tunc non potuerat esse matrimonium obstante impedimentoo sanguinitatis vel affinitatis: nisi alius dicatur in dispensatione. Et sic Panormi. in di. c. tanta. præcludit. quod ubi coitus non potuerat esse virorum obstante impedimentoo perpetuo; non removibili sine dispensatione ecclie. filii non legitimantur per sequens matrimonium.

An autem quis possit petere se pronunciari legitimatum. Inno. præcludit quod non: nisi ad aliquem esse ceterum. reputata. si agitur de successione: et imputatur sibi quod non est legitimus: tunc potest petere pronunciari legitimatum. ut in. c. j. qui si. sint legi. Hoc si diffamatur de illegitimitate. Idem Panormi. in. c. causaz. qui si. sint le.

Impedimentum pri-

Imo puniuntur. Circa impedimenta matrimonij. Primo agemus de impedimentoo in genere. Secundo de impedimentis in specie. que in his verbis continentur. Error. præditio. votum. cognatio. crimen. Culpa disparitas. vis. ordo. ligamen honestas. Si sis affinis. si forte coire nequivabis. Nec sociandi veretur: nubia iuncta retractant. Ecclesie vetitum: nec non tempore feriarum. Impedimentum fieri. puniuntur facta teneri.

Non impediunt matrimonium iaz. scutum. Rn. ii. sunt que impediunt: non solum matrimonium prohibendum sed etiam dirimunt tractum. que continetur in tribus primis versi. Et intelligas quod dirimunt tractum: si precesserunt matrimonium. Si autem veniunt post matrimonium rite factum. ut affinitas vel crimen et similia: non dirimunt: propter unum. s. votum religionis cum effectu. quando quis per acto matrimonio sed ante carnalem copulam ingreditur religionem. extra de conuer. coniu. vez. et c. ex parte. el. ii. et de spon. commissum. Expectari tamen debet usque ad professionem. nam ante non dirimunt.

¶ Quid autem dicendum si quis aliquaz mulierem cognouit carnaliter et postea probat cum ea per verba de p̄ntri. sed post scutum matrimonii eaz non cognovit carnaliter: nūquid poterit alter eorum intrare religionem. Questio est pulchra: et de facto his diebus accedit. Rn. id est quod sic: non obstante tali copula procedere. Primo per c. vez. et c. ex publico. et c. ex pte. ij. de pueri. p. iu. Que hinc capitula dicunt quod autem plummatoz matrimonij alter piugum potest intrare religionem. Et nota illud librum plummatoz. quod importat apertorem. Illud autem quod aperte aliquod operatur sequi et non antecedere. Secundo in casu predicto: iste non incurrit bigamiam. etiam dato quod talis mulier fuisset prius ab alio viro cognita. de quo videlicet s. bigamia. ubi iura reguntur quod ad incurrit etiam bigamiaz non sufficit quod eis probat cum corrupta nisi post tale scutum matrimonii sequar copula carnis. Non ergo sufficit antecedens. Ad hoc etiam facit. c. veniens. de spon. ubi copula procedens non facit transire sponsalia de futuro in matrimonium. sed bene copula sequens.

¶ Quid autem si sponsus cognovit sponsam violenter. nūquid poterit sponsa intrare religionem inuito sposo. Hubi facit. quod effecti sunt una caro: huius violent. In hoc sunt varie opiniones. Jo. an. in mercu. in regula. Ea quod de re. iii. in. vi. vi. seq. opere. Bar. bri. quod tenet talis sponsam cognitaz posse ingredi religionem: sponsu inuito: ne delinqns sit melioris condicione quam sapiens. Itē non videtur communis corporis suum ex quo inuita fuit cognita. Panormi. in. d. c. vez. vi. adherere huic opere. Quidam tamen distinguunt. quod si sponsa de futuro potest trasire ad religionem non obstante carnis copula violenta. si autem est sponsa de p̄ntri. non potest trasire predictem marito. huius opere. et Bonal. et Rod. que videtur valde equa.

¶ Quid autem si vir virorum suorum quam non dum coguit tradidit adulteradam planguineo eo proprio inuitam: An possit postea probatur voluntatem religionem ingredi? Rn. iii. in. iii. dis. xxxv. dicit quod attentare naturaliter est et viri iniuriae. et considerato quod corruptio virorum vir est principalis causa. quod illaz corrupti acquisivit viror tantam peccatum in corpus viri ut eius voluntatem: religionem non possit intrare. vñ ex de eo. quod co. plan. vx. c. discretio; dicit de quodam muliere quod non a viro cognita. ab eo fuit tradita inuita planguineo viri: quod cum ipsa inuita peribuit. Et hoc fuit redditum libertati: fugit ab eo. et le pueri viro restituit postulauit. quod si monita ut abstinetur fuit ad hoc inducitur non potuerit. vir prior cogat redire ad ipsam. et maritali affectione tractare.

¶ An per suscepções sacri ordinis dissoluantur sponsalia prius contra de p̄ntri? Rn. Blo. in. c. quod votum de voto et voti re. li. vi. dicit quod hodie est approbatum per constitutum. Jo. q. incipit antique. s. sponsalia de p̄ntri non dissolvi per receptionem sacri ordinis. p. c. ex pte. el. ii. de pueri. p. iu. Et si dicere possit huius iaz non est equalitas. quod iaz duplice remedio posset vir dissolue responsalia: et mulier unico. quod propter fragilitatem sexus. mulier ordines recipere non potest. Et sic habes casum in quo sacerdos potest habere virorum. Secundum

Impedimentum. I.

tamen esset dicendum: si essent solum sponsalia de futuro, quia tunc p susceptionem sacri ordinis dis soluerent.

IQue sunt illa que impediunt matrimonium? H. Et tamen non dirimut contractum. R. Namque sunt duo predicta in. v. v. s. prohibito ecclie et te per feriarum. Item sunt quedam crimina de quibus habet. i. impedimentum. viii. Itē impediunt matrimonium contrahēti sponsalia, que sunt prius cum alia cōtracta, de quo. i. Sponsalia. Item cathecismus, de quo. i. Impedimentum. vi. Item impedit votum simplex, de quo. i. Impedimentum. iii.

IUtrum aliqua consuetudo impedit matrimonium? H. vel dirimat cōtractum. R. Namor. in. c. sup eo. de cognatione. spū. q̄ aut consuetudo habilitat al's ibiles p ius canonici. Aut aut in tertio ḡ clu possit matrimonium? H. vel ut frater possit s̄here cum sorore spirituali: et non valet consuetudo. et videtur tex. in dicto. c. super eo. Idem tenet Hosti. quasi consuetudo non sit rationabilis; cum sit cōtra omnem honestatem, ex quo infert consuetudinem a papa non approbat, non posse tollere impedimentum publice honestatis, quia non valet consuetudo p̄tra honestatem ecclesie. vt in. c. cum decorum. de vi. et ho. clericu. Aut consuetudo inhabilitat al's habiles. vt in filiis duorum compatrium, per quorum neutrū denūtum est ad compaternitatem. Et tunc aut habet solum consuetudo vt impedit; non vt dirimat. et valet ar. d. c. super eo. Aut habet vt dissoluat pinguim. Et si ad tempus valet vt dicit Inno. in dicto. c. super eo. Nam peccat p̄trahendo p̄tra consuetudinem patrie. xxx q. v. c. aliter. Aut habet vt dissoluat imperpetuum. Et si est approbata per papam: saltem tacite, valet, vt probatur in dicto. c. sup eo. fm. lecturam Hosti. Aut non appareat de approbatione pape, et videtur Hosti, velle consuetudinem non valere. Dicit enim calum. d. c. sup eo. non esse extendendum. Sed Panor. putat oppositus ubi cum consuetudine occurrit scandalum. Unde si eut papa potest ius diuinum interpretari, et addere et diminuere, vt notat Inno. in. c. que in ecclia. de consti. vt dictum est s. Consuetudo. Ita et consuetudo, vt notat idem Inno. in. c. fi. de consuetudine. Item videmus q̄ consuetudo que generat scandalum inhabilitat quez ad matrimonium spūale, vt in. c. cum olim. de cle. coniu. ergo pari ratione debet posse inhabilitare ad matrimonium carnale, ad hoc facit qd notat glo. in dicto. c. sup eo. que est singularis. q̄ si in aliquo loco esset hodie consuetudo, vt in. v. gradu non posset contrahiri matrimonium et ex p̄ctu generare scandalum, q̄ non valeat matrimonium. Licet, c. non debet, de p̄sang. hoc permittat. Et potest esse duplex rō. Prima quia hec consuetudo occurrit et iure antiquo: nec censest sublata p ius nouum: ex quo non reproba p̄ illud ius. et occurrit secum scandalum. Secunda ratio colligit ex predictis, quia consuetudo p̄tinens in se scandalum ex p̄teritione: potest inhabilitare al's habiles: h. ubi a principio nullum fuisset impedimentum

tunc solum scandalum superueniens non posset dis soluere matrimonium. vt dicit glo. in dicto. c. sup eo. quam notabis, quia ppter scandalum nō est recedendū a veritate iuris diuinis: vt in. d. c. iij. d. op. nd. nū. bec Panor. in. d. c. sup eo. Vide ad predicta que notat idem Panor. post glo. in. c. qd super de p̄san. q̄ consuetudo inhabilitans potest rationabilis; habitans vero non, quia prima est inducta ad charitatem ampliandam; vt homines potius p̄hant cum extraneis q̄ cū p̄sanguineis. Sz in secūdo casu consuetudo est s̄ bonos mores: et s̄ bonum charitatis: eo q̄ relaxat p̄hibitionē inter p̄sanguineos. Consuetudo autē s̄ statutum, vel legem nutrientē bonos mores: nō valet. vt in. c. fi. de p̄sue. et notat Bar. in. l. omnes populi. ff. d. insti. et iure. Opinio tñ Host. videtur communior et securior. vt dicit Asteni. li. viii. titu. xvij. dicens. q̄ Ber. sibi p̄ aperte p̄dicat in duabus suis glo. s. in. c. i. et in. c. sup eo. de co. spi. Naz in. d. c. i. dicit q̄ si sit consuetudo, q̄ si sit p̄num eius generis ex hoc scandalum: nō tamē dirimeret, ppter hoc matrimonium iaz p̄ctum. In dicto autē. c. sup eo. dicit q̄ si sit scandalum magnum alicui: q̄ tales p̄iungant vel remaneant cōiuncti. non solum impedit inter eos p̄trahi matrimonium: sed etiam dirimet iam p̄ctum. Sed Asteni. dicit, q̄ magis est assentiendū p̄mē glo. et huīus op̄i. est Hug. et Hoff. p̄ qua facit singulare dictum Hosti. q̄ tolerabilius est aliquos p̄tra statuta hominū copulatos dimittere simul, q̄ sic cōiunctos p̄tra statuta dei separare. et de testi. licet. Pro hoc etiam facit singularis theorica dicti Hosti. q̄ vbiq̄ m̄gri p̄ suas glo. matrimonium soluunt. nec ius exp̄sum adducant. si inuenitis aliquem doct. scribētem p̄trarium. s. matrimonium nō debere dissolui: sequaris eum. Ad hoc facit qd notat Panor. in. c. si vir. de co. spiri. q̄ vbi agit de matrimonio sustinendo: singularis opinio est p̄se renda p̄minis. Quid bene notabis: nisi communis opinio hic quasi tertium p̄se. In alijs autē vbi doct. in aliquo articulo sunt varijs: secunda est opinio humanior: i. rationabilior et equior. Si vobis traxis opinio est rationabilis: est secundū plurimor iudicium fm. Hosti. et Ber. Ad hoc bonus tex. in sili xix. di. in canoniceis.

Quid si ecclesia p̄cipiat alicui pinguim cohabitare cum altero; et ille cui p̄cipit scit esse impedimentum? R. fm. Hug. in hoc casu q̄ctum ad redditum debitum non tenetur obedire, tamen incohabitatione, et necessariorum exhibitione obedire debet. Quod ante matrimonium sit in q̄rendū an sit aliq̄d impedimentū? R. dñs in ecclesijs bannis, publice p̄ p̄blikeros. p̄dōni vt. i. p̄tentem terminū q̄ scit impedimentū, pponat. Et si appuerit, p̄habilis p̄iectura s̄ copulam futuram: inredicat exp̄sse, donec p̄st qd fieri debeat. Alter si p̄berent sine bānis, aut post p̄hibitōz et extiterit impedimentū, utputa gradus, p̄hibitūtū filij dicent illegitimi. et nō excusabunt ppter ignorantiaz parentum. de hoc tñ. i. Sacerdos q̄z qui tales p̄iunctioes inibi

Impedimentum. I. Fo. CXXV.

bere ptempserit. vel regularis qui infesse presumperit p triennium ab officio suspendat. Qui vo falso sum impedimentum maliciose obiecerit. canonizaz non effugiet ultorem. extra de clā despon. cutt inhibito. In aliquibus vo locis nō sunt hec bannaz. solum contrahunt sponsalia solēnit̄ et publice. multum aut̄ mrimoniū et interim p manifestari. an sit impedimentum.

Nonquid autem peccant reges. principes et milites qui contrahunt hodie sine bannis? Rn. Asten. li. viii. iiij. de mente Rod. dicit q̄ non peccant mortaliter. vbi non est p suetum eoz matrimonia banniri. Et qd̄ dicit in dicto ca. cum inhibitio. nō extendit ad matrimonia nobilium que in ecclesia non consueuerunt banniri. Scdm etiam Hosti. nō est necesse banna. pponi. quando quis uxorem vocata remotis et publice mittit nuncios. Sic enim in facie ecclesie dicuntur contrahere matrimonia. nec ent contra mentem dicte constitutionis. Tu tuis tamen est ut in ecclesia pponant publice hodie in hoc casu.

Sed nunquid regulariter hoc sit preceptum. s. q̄ hmoi solennizatio fiat in contrahendo matrimonio. Rn. Asten. de mente Rod. q̄ banna et solennitates pdicte p suete. dimitti nō debent sine causa. Et q̄ hoc facit. peccat mortaliter. Et hoc ver fmi. De. q̄ illi non sunt ignari iuris. maxime vbi ecclesia pbibit o muniter fuat. Secus aut̄ si sunt uirz ignari. Et causa aut̄ pnt dimitti fmi Hug. puta. quia forte vir est senex et erubescit contrahere cū tan ta solennitate. Aut accipit ignobilem: cum ipse sit nobilis. Aut nobilem: cum ipse sit ignobilis. et timer eius parentes. vel forte diu manserunt: sicut vir et uxor. Et erubescunt modo adhibere solennitatem bannoꝝ et benedictionis nuptialis. Credit autem q̄ in talibz possit ex causa p ep̄m dispensari: nec sufficit dispensatio minus plati. Quidam tamen quo ad benedictionem nuptiarꝝ dicunt. q̄ causa rationabilis esset uitatio fornicationis. ut quia contrahere non posset maxime vir: quia diu contractum erat matrimoniuꝝ et nō potest dicere uxori. quia dotem h̄e non potest: tunc videref q̄ possent sine tali benedictione se adiuicem cognoscere. Et hoc nisi esset scandalum in patria. Idem dicendum esset si terra esset interdicta vel hmoi. d̄ hoc vide s. Debitum.

Sed quero an mortaliter peccat pinguis: toties quoties alter ab altero exigit debitum sine causa rationabili ante benedictionem nuptialem. Respondeſ q̄ non: nisi prima vice nisi nouo ptempu hoc faceret.

Querit an dispositio dicti capituli cū inhibitio habeat locum in sponsalibz de futuro? Rn. Panor. in dicto. c. cum inhibitio. dicit doctores pcludere ex mente lse idem esse dicendum. nam sponsalia in multis casibz trahent in matrimoniuꝝ ipso facto. vt in. c. is q. de spō. Ideo ne occurrat difficultas ptra pbibito ecclie: debet etiam in sponsalibz adhiberi hec solennitas. facit. l. oratio. ff. de spō. vbi dicit q̄ pbibito matrimonio: vident pbibi-

ta sponsalia. Ex quo nota. q̄ contrahentes sponsalia clandestine peccant: et q̄ index loci potest illa interdicere.

Quid in laicis pstantibz pntiaz mrimonijs clā destinis. Doct. dicit ut resert Panor. vbi s. q̄ ex verbis lse nō pphendunt h̄ ex mente sic. Est q̄ eis imponenda pnia sicut et clericis. Peccare ḡ tam ipsi pantes clādestine q̄ infessentes. sive sint clerici si uer religiosi. sive laici.

Vtr̄ aut̄ hec edicta debet pponi in multis ecclieis. Rn. Panor. vbi s. dicit q̄ si volētes ptribere. et ex antiqui traherent moram in certa parochia; satz ē in illa ecclia edicta. pponi. Si vo i dinensis parochibz traherent moram: tūc in diversis ecclieis dñt. pponi vel in locis publicis. puta. in pdicationibz ut verisimilis possint puenire in noticiam eoz: q̄ de impedimentis informati sunt. Vn̄ resert Abb. q̄ qdaz cpi hoc fuant: ut forensis nō admittat ad pbendum mrimoniū: nisi habeat lras testimoniales sui plati. et est valde optimū hoc fquare. Nam sepe ptingit q̄ h̄tes uxores in pribz suis pferunt ad ptes renotas: et ibi denuo mrimoniū contrahit. In multis tñ locis nō fuat hmoi denūciatio. Et ppter hoc quero. nūquid dicat clādestinum matrimoniuꝝ. Rn. Panor. vbi s. de mente Jo. an. in addi. Spe. e.t. et Oldra. pcludit q̄ dñmodo matrimoniuꝝ sit ptractu in facie ecclie: nō potest matrimoniuꝝ appellari clādestinum. Et licet hoc verbi. eccliea. sumatur multipliciter ut no. in. c. fi. ne p. vi. suas. tñ in. pposito sumit eccliea. p aggregatione fidelium. contrahens ergo coram multitidine fmi patrie p suetudinem nō dicat clādestine contrahere h̄ in facie ecclie. Et hoc habet Panor. p indubitate vbi nō est p suetudo q̄ mittantur edicta: sed vbi esset consuetudo: dubium est utrum habeat locum pena. dict. c. cum inhibitio. Si quis contraherit in facie ecclie non premissis istis denūciacionibus: credit tamen q̄ non. Licet glo. in dicto ca. cum inhibitio. sentiat contrarium quia pena est apposita contra contrahentes clādestine. et non contra contrahentes edictis non premissis. Et non potest dici clādestine: ex quo in facie ecclie nemine prohibente contraxit. maxime: cum illud sit officium sacerdotis. et non contrahentium.

Quid aut̄ dicat mrimoniū clādestinū. Glo. in di. c. cū inhibitio dicit q̄ tripliciter dī mrimoniū clādestinū. Primo cū n̄ habet testes. ex eo. c. ii. Secundo q̄ n̄ sit cum solennitate. q̄ bī. xxx. q. v. alit. Tercio qd̄ sit p tenorem huiꝝ psonis. vix nō pmissa denūciator. Host. aut̄ ultra pdictos tres modos dat regulam generalē dices. q̄ mrimoniū dñcum p pbibito ecclie generalem vel spālem. explicita vel tacitam dī clādestinū et bī locum pena. d. c. cū inhibitio.

Quid si quis audiuit perpetuum impedimentum esse inter se et uxorem. nunquid tenetur inquirere? Respondeo fmi. v. v. si audiuit a fideignis: et non suspectis: cum non debeat esse negligens sine saluti: tenetur inquirere. Alio esset

Impedimentum. ii. et. iii.

affectata ignorantia que non excusat. Et si concipiatur probabilem opinionem de dicto alicuius non debet exigere debitum; licet reddere teneat. Secus si ita inuenierit. s. q. esset impedimentum, tunc enim nec exigere nec reddere debet. Facit. c. in questione. de sen. ex. Porro q. tale impedimentum audit a viro fide digno, etiam iurato, aut copatre suo, aut a proprio sacerdote, aut publica fama, non ita tenet credere q. peccet mortaliter si non credit; sed venialiter. Sicut etiam peccare potest qui nimis defaciens credit.

¶ Nunquid autem peccat sacerdos vel alius quicunque sciens impedimentum insinuando hoc alteri conseruat, vel ambobus, vel alteri alteri. R. fm. v. v. Si probari non potest, dicendo agit indiscretus; nisi credat q. audiens paratus sit in hac parte pitorum silio obediens. Si vero possit probare, sciat hoc sacerdos parochialis, vel alteri priugum; tenet solenniter ad diuotium agere, nisi de consensu velint cohabitare tanquam germani. huc calum babes s. confessio secundo.

Impedimentum secundum s. de errore persone. Sciendū fm. Dir. li. i. q. error in matrimonio est quadruplex, scilicet fortune, qualitatis, persone et conditionis. Error fortune, utpote, cum putatur dives et est pauper et econuerso, non impedit matrimonium. Similiter nec error qualitatis, ut cum putat nobilis et est rusticus, vel q. duxit in uxorem meretricem vel corruptam, quam putabat castam vel virginem, talia matrimonium non impediunt. xxix. q. i. f. error. Error vero persone est ut si credam probere cum gemina et probabam cum berta. Et hic nullum est matrimonium. Nec hoc procedit ex constitutio ecclie hec sui natura, cum in matrimonio presentis liber desideret ex de spon. cum locum. Ita q. sine ipso: cetera frustrant, de spon. tua, quia errans non presentis, ff. de iurisdictio. i. i. si per errorem. Sed ad hoc ut error impedit matrimonium; necesse est ex constitutione ecclesie, q. is qui errat habeat aliquam noticiam persone; cum qua probare intendit, aut per visum, aut per famam, aut per auditum, quia in penitus incognitum nec amorem nec presentium dirigere possumus. Vnde si quis consentiat in personam absentem non sibi notam, quam putat esse presentem, probat q. non consentit in presentem, hec in illam quam presentem esse putat. Et sic deficiente consensu; deficit et matrimonium; quia errare est alium, per alio accipere. xxij. q. iij. in quib. Ideo oportet q. aliquam noticiam persone habeat, alios non errat in ea, hec decipit in presentem, de quo ponunt doct. tale exemplum. Quidam rusticus gallicanus iuit ad quandam mulierem romanam dicens se esse filium regis anglie et contrahit cum illo; credens eum filium regis et dicunt q. tener matrimonium; quia non errauit hec potius decepta fuit, vel non fuit error persone, hec qualitatis. Sed certe dicit Hostiensis. Cum ubiq. terraz habeat noticia regis anglie, saltem per famam: videtur q. hic sit error persone; nec in presentem perso-

nam sed in personam filii regis anglie consentire videtur: quod non refert utrum nomine proprio vel alio equivalenti nominet. Sed si in generali diceret se esse filium regis, vel comitis et non diceret eius, tunc non esset error persone. Et fortune, aut qualitatis qui non impedit dicto. S. error, vel etiam si specificauit, nulla tamen habet noticia patris vel filii. Adde predictis qd notat Lbo. in. iiiij. distin. xxx. q. error nobilitatis in quantum homini: non evanescat matrimonium; sicut nec error qualitatis. Et si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem persone tunc impedit matrimonium, unde si consensus mulieris ferat in istam personam directe. Error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium. Si autem directe intendit consentire in filium regis; quicunque sit ille: tunc si alius presentetur ei q. filius regis, est error personae et impedit matrimonium. Et eodem modo videtur dicendum si quis dicat se primogenitum et non est. Et hoc est singulare dictum.

¶ Bone quis presentat in aliquem qui est mortuus et alius presentat sibi loco eius. An talis error impedit matrimonium. R. fm. Jo. q. sic. quia cum ille non sit in reperitur natura: non est ibi, ergo est error persone.

¶ Quid si aliquis habeat tres filios: et quedam mulier consensit in maiorem, postea presentat minor, nunquid tenet matrimonium cum minore? R. fm. Jo. q. non. xxix. q. i. f. dis. ita. Idem Ray. et Hosti.

Impedimentum tertium, de errore conditionis. f. fidelis. Talis enim error fm. Dir. li. i. impedit matrimonium probandum et dirimit sacramentum; si ignoranter probat, quia si scienter contraheret non dirimeret sacramentum. Hoc autem intellige quando est error deterioris conditionis, secus aut quando est paris vel melioris fm. Hosti. et Inno. Et ideo licitum est fuisse probandum etiam dominis predictis debitis defraudari; ut ibi dicitur. Si tamen liber postquam probavit scientiam eius conditionem et eam postea carnaliter cognoscat, tenet matrimonium ut in. c. si quis ingenuus, et c. si femina. xxix. q. iij. et c. propinquus, ex eo.

Sed nunquid error conditionis libertine vel ascriptie, vel originarie impedit matrimonium: sicut et conditionis fidelis? R. fm. v. v. non. q. omnes tales sunt liberi licet ad quasdam operas plus ceteris tenentur. Qui dicunt ascriptum et originarium: vide. i. Seru. i. ¶ Quid si quis ignoranter probat eam ancillam: quia dominus viro ignorante postea manumittit, et ipse cognoscit eam post manumissionem: queritur an possit eam dividere. R. fm. dir. li. i. q. sic; q. nullum fuit matrimonium, q. si ei se promisceret ex primo presenti q. nullus fuit. idem Hoff. et Mo.

¶ Quid si dominus ancillam tanquam liberam alicui tradidit, vel tacuit scienter. Dic fm. Dir. vbi s. q. intelligitur ei libertatem dedisse. Idem Hostiensis. et Ber.

Impedimentū.iiij. Fo. CXXVI.

IQuid si liber contraxit cum ancilla ignoranter: et illa durante ignorantia contraxit cum alio non ignorante conditionem eius. **R**u. fm. v. tenet matrimonium cum secundo, cum nullum fuerit primum.

IQuid si libera contraxit ignoranter cum seruo et postea scita seruitute nibilominus vult esse cum eo: et ille vult discedere. **R**u. **D**ire. fm. **I**o. et **B**er. qd nō est matrimonium. tū ipse dī p̄pellit: ex quo ipsa cum eo vult esse.

IQuid si quis contraxit ignoranter cum ancilla s̄ postḡ sc̄vit exigit ab ea debitum. nunquid potest poterit ab ea separari. **R**u. fm. v. Si ex his qd p̄mis audiuit: habuit probabilem opt. de fuitate eius: et nibilominus exigit debitum non p̄t eam relinquere. Si vo habuit opinionem leuem et temeriam: tunc non obstante qd exigit debitum: poterit: cum veritatem certius sciuerit: separationem petere. ar. capituli inquisitioni. de sentē. ex. **N**am dubitans p̄ ignorante habendus est. **L**. de condi. inde. l. fi.

IQuid de illo qui mouit questionem conditionis contravoxem: et illa lite pendente: petit debitum? **R**u. in. iiii. distin. xxxvi. dicit. qd si copula sequit certam cognitionem in libero de fuitate alterius: tunc fm omnes: siue commisceatur cum ea per compulsionem ecclesie: siue non. Illa copula semper ratificat matrimonium in conspectu dei. si illa commixtio sit affectu matrimoniali. Si autem affectu fornicario: qd quis non ratificet in conspectu dei: ratificat tamen in cōspectu ecclesie. Si autem copula sequit probabilem presumptionem siue fiat ad p̄ceptum ecclesie siue non. semper ratificat matrimonium: si facta sit affectu matrimoniali. nisi alter coniux: qui est conditiōis fūllis: prius a suo p̄sens p̄stino recessisset. Si autem facta sit affectu fornicario. matrimonium non ratificat in conspectu dei: qd quis ratum presumere fm iudicium ecclesie. Si autem copula sequit leuem suspicionem et temerariam: cui credi non debet: tunc fm omnes ei non p̄iudicat etiam ad mandatum ecclesie. titubans enim p̄ ignorante habendus est. **H**ec. **R**ic. **S**ed **B**er. in dicto. c. p̄osuit. et **H**o. in sum. dicit qd ad mādatū ecclie: in p̄dicto secundo casu. potest cognoscere sine p̄iudicio. vt et primo consensu ei coniungat: qdū constat per sententiam de impedimento conditionis. Et si queratur quo affectu. **H**ostien. dicit. qd coniugali non tanq̄ liberam. nec tanq̄ fūam: s̄ tanq̄ illam cui mouet questio fuitutis. Et sic euentus iudicij declarabit utrum cogatur eam retinere vel ne. **S**ed **P**anormitanus in dicto ca. p̄osuit: vide tenere opinionem **R**u. quia ex quo credit illam esse seruam. mouendo sibi litem. non debet eam aliquo modo cognoscere carnaliter. quia oportet necessario qd ex aliquo affectu eam cognoscat. Si uxorio: confirmat matrimonium. Si fornicario. peccat mortali ter. Nec ppter preceptum ecclesie debet venire contra suam conscientiam iuste informatam. vt in. c. literas. de resti. spo. Et dicit **P**anormitanus qd huius opinio. est **I**nno. **J**o. an. **T**an. et multū alijs. licez

Hostien. sequat ultimam op̄i. glo. s. **B**er. **A**sten. tū li. viii. dicit. qd **H**o. in. d. c. p̄osuit. corrigit suū primū dictū. Et sic vī seq̄ op̄i. **I**nno. et se. que. vī communis.

Impedimentū quar to. s. de impedimento voti. **O**trum votum de p̄tinencia impedit matrimonium. **R**u. duplex est votum. Quoddaz est solēne: qd fit p̄ susceptionem sacri ordinis. aut p̄fessiōem exp̄ssam vel tacitam facta alicui et reguleib⁹ approbat. et tale votum impedit matrimonium p̄bendum. et dirimit p̄ctum. Quoddaz est votū nō solenne s̄ simplex. et hoc si fiat de non p̄bendo. vt de castitate et bmoi: impedit matrimonium p̄bendum. et quanto manifesti est emissum: tanto maior p̄mis debet transgressio: tū nō dirimit matrimonium p̄ctum. ex eo. qd votū. li. vi.

IQuare aut votū solēne dirimat matrimonium: nō aut simplex. cu apud deū non min⁹ odligetur nūnti qd aliud: qd violatio vtriusq; inducit petrū mortale. vt in. c. rursus. qd cle. vel vo. **H**ic fm **P**anor. in. di. c. rursus. qd hoc facit p̄stō ecclie. Et iō ibi dicit glo. qd si p̄stō ecclie nō eet: teneret m̄rimoniū p̄ctū a religioso vel p̄sbytero seculari. Et cōdit doct. hoc sequunt. **M**az. vt **H**o. dicit de iure diuino qdām p̄sonē p̄hiben̄ ad p̄bendum matrimonium. vt in. c. līas de resti. spo. int̄ qd vōens p̄hibit nō rep̄it. **V**it̄ dīcere. qd aut ecclia errat in fūando matrimonium post votum simplex. Aut qd etiaz hodie possit statuere: vt m̄rimoniū p̄ctum post solēne votū teneat. naz si vtrūq; eq̄lit obligat apud deū. sicut fūat in simplici ita possit fūari in solēni. nec ē dōm̄ ecclia erret. qd nō longe esset ab heresi. xxiiii. q. j. hec est fides.

IQuod dī intelligi qd votū simplex impedit matrimonium p̄bendum. **R**u. fm **R**ay. Intantū impedit qd si iste qd fecit tale votū: postea p̄stiterit iuramentū alicui qd eam duceret: dī votū implere. et agere p̄mis qdū de iuramento illico. d. c. rursus. Idē **H**o. qd si p̄mo iurauit: et postea vōnit fm **H**ost. et **H**off. in hoc casu p̄ualet iuramentum. Vōtest tū intrare religionem. ex de spon. p̄missum. nec teneat prius exequi iuramentum fm **P**anor. in. d. c. p̄missum. qd in p̄bendo matrimonium: intelligitur si res in eodem statu p̄manserit. vt in. c. quē admodum. de iureiū. **S**ed hic non p̄māsit in eodem statu. Nam si post matrimonium p̄ctum qd verba de p̄mī: licet intrare religionem: sponsa inuita. vt i. c. iij. et publico. d. p̄ser. p̄iu. **F**orn̄ hoc fieri poterit p̄ sponsalia de futuro. qd turpius ejiciatur: qd non admittit hospes di. c. quēadmodum. Non ob. dictum. c. 2m̄issum. qd vult qd p̄mo iurauit cum aliqua p̄bere: si vult religionē ingredi. dī p̄mo p̄bere vt iuramentum fuet. quia fm **P**anor. contrahere est de consilio: et non de necessitate. et p̄sillum fit ne noteat piurus quo ad vulgo opinionem. qd si post tale votū contrabat p̄ verba de presenti: non p̄t uxori cognoscere sine peccato mortali. quia adhuc potest iurare religionem.

Impedimentū. iij.

RQuid autem si quis contraxit sponsalia defuturo; et postea vovit cōtinētiā. nunquid teneatur ad votum. d. An. in. c. veniens. qui cle. v. videtur velle q̄ votum castitatis sit fortius. et sic q̄ sponsalia tollantur p̄ tale votum. quod etiam sentit **H**as. Sed contrariū aperte sentit **H**o. in dicto c. rursus. Dicit enim q̄ si votum p̄cedit sponsalia non valent sponsalia: ut ibi. Si autem sponsalia p̄cedunt votum: tunc cōpellitur vovens: aut solenizare votum aut perficere sponsalia. et hec opinio videtur verior. Nam cum sit orta obligatio sponse: non videtur q̄ in ipsius preiudicium possit vovere castitatem. **H**ec **P**anormi. in dicto. c. venies. Idem **D**ir.

RSed queritur de questione notabili. Pone q̄s iurauit vel vovit: q̄ nunq̄ cognoscet aliquaz mulierem. et postea ducit uxorem: bene tenet matrimonium. sed nunquid peccat cognoscendo? **R**u. glo. in. c. deviduis. xxvij. q. j. refert quosdam dicere q̄ prima vice peccat: sed postea non. Et ideo dicunt q̄ post votum simplex: prima vice cognoscēs uxorem peccat: quia si semper peccaret cognoscendo: tale matrimonium illicitum esset. Sed **D**irectorū libro. j. distinguit: q̄ aut queritur de voto simplici emisso post matrimonium contractum. et tunc exigere nō potest. sed reddere tantū quod nō erat in eius sed mulieris potestate. ut in. c. quidam. de cōuer. viii. Et ratio est quare exigere nō potest: quia nibil inde maius sequitur: quod illud votum remoueat. Aut queritur de voto p̄cedente matrimonium. et tunc dic: q̄ l̄ peccet prima vice: p̄t tamē postea exigere et reddere. et ratio est: quia bonū matrimonij remonet quicquid est contrariū matrimonio: quia fortius vinculum q̄ sit simplex votū. d. rursus. t. d. c. q̄ votū. et sic per hanc distinctionem **D**irectorū concordat opiniones que videuntur contrarie. Idem potest dici de iuramento qđ de voto. et sic habes conclusiue ex hac opinione: q̄ ille qui vovit vel iurauit ante matrimonium: peccat prima vice exigendo mortaliter. **H**incipit potest reddere et exigere sine peccato. **R**i. tamen in. iiiij. distinc. xxvij. ar. viij. q. i. tenet indistincte tam de vovente post matrimonium q̄ etiam ante q̄ nullo modo potest exigere. et hec opinio videtur tutior. et bona cautela esset petere dispensatiōnē ab ep̄o. **R**u. aut̄ talis simpliciter vovēs q̄ cōtrahit: tenetur cōtinere mortua uxore. **R**u. cōmuniſ op̄io docto. est q̄ sic: quia per matrimonium prius cōtractum votum non erat ablatum. sed solū executio voti.

RSed pone q̄ ambo qui fecerant votum castitatis simplex cōtrahant simul. nūquid tenet matrimonium. **R**u. **J**o. xxvij. q. j. de viduis: tenet q̄ nō: Alij vo cōmuniſter dicunt q̄ sic: sed neuter poterit exigere nec reddere. Multo minus poterunt exigere vel reddere si ambo fecerunt votum post matrimonium. Tamen etiam in dicto casu consulendum esset eis: ut petant dispensatiōnē ab ep̄o: maxime vbi timeretur de incōtinētia amborum vel alterius.

RSed pone ambos vovisse. q̄ nunq̄ exigent.

Respon. **J**o. vbi supra: dicit q̄ bene tenet matrimonium: quia vterq; potest reddere. Sed quomodo: cū reliquo non exigat: vterq; si sciat alterum indigere: nec posse exigere relinquo. d. cōmiserit: et vterq; reddere dicetur.

RSed quid si quis vovit q̄ nūq̄ redderet: si uxorem eum contingeret ducere: si postea ducit: quid iuris. **R**u. **J**o. vbi s. q̄ nō tenet tale votum fuisse: q̄ p̄ceptū est apli de reddendo.

TQuero pro declaratiōe p'dictorum. An ad cōtrahenda sponsalia futura requirat septimus annus compleatus. **R**ū. glo. in. c. Juuenis. de spon. videtur sentire q' discreto suppleat etatē. **E**t Panoz. ibi dicit. q' dictam glo. cōmuniter sequitur docto. Archi. etiam sequēdo dictam opinionē dicit. q' si p'ximus septenno plus intelligit q' cōsueverunt intelligere nouēnes nō videtur ratio quare non debeat malitia suppleat etatē in primo septenno quo ad sponsalia. **S**icut supplet prudētia in contractu matrimonij. **S**ed Panoz. in dicto. c. Juuenis. dicit q' hoc nullo iure pbatur. vt patet in. c. litteras. t' in. c. accessit. d' despon. impi. vbi ter. loquitur de septimo anno completo. **E**t bene faciūt illi ter. q' etas ista peruenit nō possit als papa distinxisset prout fecit in minore. xij. annō in. c. cōtinebatur. de despon. impi. pro hoc etiam facit. d. c. si infantes. quod loquitur de minore septenno nō distinguēdo. an malitia suppleat vel ne. **E**t Panoz. ad hoc dat: talem rationē. **N**az vbi requiritur certa etas respectu discretiōis. non potest p'ueniri. vt patet in etate ad cōficiendum testamentū. vt in. l. qua etate. ff. de testa. Necobstat f'm Panoz. d. c. Juuenis. quod multum facit pro alia opinione. **N**am ille ter. fundavit se super dubio attentatus. quia forte attētantur tē. **S**ia puellam istam iam traduxerat ad dominum. Item textus fundat se super honestate ecclesie. quia illa dicebatur cōiuncti istius. vnde hic sicut cōtractum matrimonium per verba de p'senti. licet de facto. **S**ed casus magis dubius est f'm Panoz. si fuerunt contracta sponsalia cum minore septenno. et interuenit temptatus. vel saltē sit dubium. vt quia secūz cohabitabat spōsus. **E**t videtur q' bic oratur publica honestas. ex quadam honestate. tamen hoc iure nō probatur. hec Panoz. utrāq; opinio est probabilis. **E**t ideo vniuersiq; amplectat opinione quā maluerit.

TAli ex sponsalibus que parētes pro filiis puberibus vel impuberibus contrahunt. filii obli- gentur. **R**ū. si consenserūt expresse vel tacite. vel si presentes fuerunt. nec contradixerunt. obligātur. et in eis oītur publica honestas. **I**dem dicēdum si absentes fuerūt. et postq; scierunt ratificauerunt tacite vel expresse. **A**ls ex sponsalibus factis a parentibus. filii nō obligantur. nec oītur publice honestatis iusticia. d. c. l. infantes.

Impedimentū. xiiij. Fō. CXXXV.

Impedimentū. xiiij.
De affinitate. et p̄trabitur affinitas etia per formicariam copulam. extra de eo q̄ eo. p̄san. vt. sue. c. discretionē.

Quid ē affinitas? Rū. fm Hosti. est primus sine attinētā vni p̄sonae ad alia p̄ueniens et carnali copula; omni carē parētela. scz p se; licet p accidēs alit eē posset q̄ p accidēs p̄t līcēt et illicēt p̄misceri cōsanguinitas p̄sanguinitati; et affinitas affinitati; et cōsanguinitas affinitati; ut in incestu Ioh̄ cum filiabus. et Caroli magni cum sorore ex qua genuit Rolandum filium et nepotem. Et ip̄e pater et auiculus quia frater matris. Hec p̄e. de pal. Qui etiam addit; q̄ affinitas est tanti vinculi; adeo q̄ si resurgeret frater meus qui fuerat uxoratus quis ip̄e non sit maritus amplius ip̄i mulieris; tamē illa mulier est mihi affinis. Vnde et in patria erūt cōsanguinitates et affinitates. Et ideo Pano. in. c. fraternitatis. extra de fri. querit. nunquid Lazarus resuscitatus recuperet uxorem et filios et alia bona. Idem queritur; an paus baptizatus resuscitatus iterum debeat baptizari. Idem de ordine et professione religionis. Item si aliqua reliquerit ecclesijs. nūquid possint repetrere. de quo vide per glo. et Archib. xxxij. q. viij. c. iiij. et per Jo. an. in dicto. c. fraternitatē. post Bar. bai. Et videt cōcludere q̄ ea que imp̄mūtatur anime nō perderint. Et sic non est opus tractare de recuperatione. Exemplum. In ordine. Baptismo. et alijs sacramētis; in quibus character imprimūt anime. Idem in professione; non quia professioni imprimatur character; sed quia obligatio inde orta; deo acquirit. In alijs vō que inherent corpori; tenet q̄ si vere fuit mortuus nō recuperat bona de rigore. Hecus si credebat mortuus et nō erat; ut quia reperitur viuus in monumēto. Idem in casu dubi. Bar. tamē in. l. j. L. de sa. sanc. eccl. dicit q̄ talis mortuus d iure recuperat bona. vide s. Ecclesia p̄mo. et dic vt ibi.

Quot sunt genera affinitatis? Rū. fm Directoria li. primo. tria sunt. Sed primum genus bodie tñ habet p̄hibitionem. extra eo. nō debet. Sed nota quatuor regulas pro declaratōne hui⁹ impedimenti. Prima est. q̄ p̄sona de qua queritur post carnalem copulam facit primum genus et gradum affinitatis. Tertii gradum cōsanguinitatis inter virum et cōsanguineos uxoris. Et inter uxorem et cōsanguineos viri. extra eo. q̄ sup his. Secunda regula. q̄ quanto gradu quis distat a p̄sona suo vel cōsanguinea; totto gradu distat ab eius uxore vel a marito ip̄ius. xxv. q. iij. de p̄quis. et c. equaliter. Tercia regula est. q̄ p̄sona addita p̄sonae per carnalem copulam mutat genus et non gradum. xxv. q. iij. hac auctoritate. Quarta regula. q̄ p̄sona addita p̄sonae per carnalem copulam mutat gradū et nō genus. xxv. q. v. pono vnde v. Mutat nuptia genus; sed generata gradum.

Qualiter genera affinitatis computent? Rū. Directoria fm regulas predictas. Primū genus

sic computat. Ego et soror mea attinemus nobis in primo gradu generis consanguinitatis. P. cognoscit sororem meā carnaliter. Et sic persona petrificatur p̄sonae sororis mee per carnis copulam. Hic ergo per carnis copulam mutat genus attinentie; quia alio genere attinet mihi soror mea. scz genere cōsanguinitatis. Alio. P. quia in gene re affinitatis. Sed nō mutat gradum; quia in eodem gradu cōsanguinitatis in quo ego sum sorori mee. scz in primo. Et in eodem gradu affinitatis sum. P. scz in primo. Et quod dixi de sorore mea hoc idem intelligas de qua cunq; cōsanguinea mea in quoque gradu; quia omnes mariti cōsanguinearū mearū sunt mihi affines in primo genere. et in illis gradibus affinitatis; in quibus gradibus consanguinitatis uxores eorum attinent mihi; quia si qua est mihi in secundo gradu cōsanguinitatis; maritus ip̄ius est mihi in primo genere affinitatis et in secundo gradu. Et si qua est mihi in tercio gradu cōsanguinitatis; maritus est mihi in primo genere affinitatis et in tercio gradu. Et sic de quarto. quia gradus ap̄putant̄ inter affines respectu p̄sanguinitatis tñ. dicto. c. porro. Et qđ dictum est de maritis cōsanguinearū mearum. Idem intelligas p̄ omnia de uxoribus cōsanguineorū meorū. Secundum genus per eādem regulam innenit. Vnde p̄ Petrus maritus sororis mee; qui est mihi in primo genere affinitatis et primo gradu; mortua sorore mea; p̄trabit cum Bertha. hec Ber. petro quōdam sorori mee marito; p̄ carnis copulam sociata mutat genus; quia cum Petrus attineret mihi primo genere affinitatis. Bertha attinet mihi secundo genere; sed nō mutat gradum; quia attinet mihi primo gradu secundi generis affinitatis; sicut Petri attinehat primo gradu primi generis. vnde mortuo petro; inter me et Bertram matrimonij olim cōtrabi nō poterat. Et s̄m hoc cōtrabitur tñ ex una parte; sed aliquis cōtrabitur ex utroq; latere; vt. P. et. M. sunt frater et soror. Ego accipio. M. in uxorem. Et sic. M. est mihi in primo genere affinis. P. accipit Ber. in uxorem. Illa est mihi affinis in secundo genere et primo gradu. Et hoc genus contractum est ex utroq; latere; quia utroq; cōsanguineorū cōtraxit scz M. et. M. Idem est p̄ omnia inter uxore meā et maritū sororis mee. Idem inter maritos duarū sororū vel duarū cōsanguinearū. Et inter uxores duorū cōsanguineorū. Item pater et filius possunt p̄trabere cum matre et filia. et duo cognati cū duabus cognatis. et auiculus et nepos cum duabus sororibus. extra eo. c. i. et dicto. c. qđ super his. Istud secundum genus posui; ut primum melius appareret. Terciū non pono; quia nullius utilitatis. Si vis videre. vide Ber. in dicto. c. nō debet. Et ex p̄dictis pat̄z veritas multaz delusionū. Vnde mortua uxore; vir vult accipe in uxore illam que quōdam fuit uxoris alicuius de p̄sanguinitate uxoris prime. nūquid potest? Rū. per p̄dicta. q̄ licet nulla feminā de p̄sanguinitate prime uxoris possit accipere; quia ibi ē affinitas. tamē feminā olim uxorem alicuius de ip̄a p̄sanguinitate; bene potest.

Impedimentū. xiiij.

accipere. **E**t idem dicendū si ponat similis casus ex parte vxoris. Item pone. Petrus accepit Her tam in uxorem ex qua habuit filiam. que nupsit Sempronio. demum. **M**ortua Herta uxore sua accepit secundam uxori. postmodum moritur. **D**. et etiam filia sua uxori dicti Sempronij. modo dictus Sempronius vult accipere in uxore illam mulierem que fuit secunda uxori dicti Petri. Queritur an possit. **H**ec questio nūc acedit de facto. **E**t dicendum est per predicta q̄ sic: quia licet iste Sempronius non possit accipere in uxorem aliquā de sanguinitate sue uxoris usq; ad quartū gradum: tamen feminā olim uxori alicuius dī ipsa sanguinitate bene potest accipere. vt est in casu nostro: t̄ sic erit casus q̄ gener potest accipere in uxorem mulierē que fuit uxori Soceri sui. quod est mirabile. Item olim q̄s nō poterat ducere successiue uxores duorum fratrib;. quia ibi inerat tertius genus affinitatis cum secunda. nam duorum fratum uxores sunt in secundo genere affinitatis. **S**ed si altera p̄ mortem mariti nupsit Sempronio. Ille Sempronius attinet uxori alterius fratris in tertio genere: q̄ ē persona addita secundo generi. **I**deo mortua uxoris sua t̄ marito alterius non poterat olim ducere illā obstante tertio genere affinitatis. t̄ ultra impedimentū affinitatis subtertū impedimentū publice honestatis. **S**ed cum secundū genus t̄ tertium sint sublata: videt q̄ publica honestas tanq; accessoria sit bōdie sublata. hec Panor. in dicto. c. nō debet. vide etiam glo. singularē ibi: que notabiliter concludit: q̄ illa publica honestas que veniebat accessione ad secundū et tertium genus affinitatis est hodie sublata: quia sublato p̄ncipali removet accessionum. **S**ed publica honestas que nō venit sic accessione: vt in ea que oritur ex cōtractu sponsaliorū seu matrimonij cum consanguineo meo. non est hodie sublata: cñ: de ea nulla fiat ibi mentio. **E**t q̄ hoc sit verum aperte probatur in. c. unico. de spon. li. vi. **E**t Panor. in dicto. c. non debet. ex dicta glo. infert unam regulam in materia extensionis. q̄ ubi duo sicc se habent: q̄ unum ve nit cōsecutivē ad reliquum. uno sublato vel mutato: etiam consecutivū intelligitur sublatum vel mutatum. ad hoc tex. optimus in. c. miramus. de ser. non or. **D**e dispensatiōe circa istam publicam honestatem. vide s. c. immediate p̄cedenti. **I**tez infertur q̄ relicta viri qui fuit german⁹ uxoris mee uxore mea mortua potest mibi esse uxori. Item cognata uxoris defuncte: liceat quis ducit in uxores. **A**ut enim erat cognata: q̄ fuerat uxori frater uxoris. t̄ tūc est in secundo genere affinitatis. et sic possunt p̄trahere. **A**ut erat cognata uxoris: quia ambe fuerāt cōiuges duorum fratrum. **E**t tūc sunt in secundo genere. Et sic p̄t p̄tere.

Quādo vir carnaliter cōiungit uxori. omnes sanguinei uxoris efficiuntur affines viro. t̄ conuerso. oēs sanguinei viri efficiuntur affines uxori t̄ in eisdem gradibus cōsanguinitatis et affinitatis attingent: iamē altero genē affinitatis. **S**ed int̄ cognatos viri t̄ cognatos uxoris. nulla ex illo ma-

trimonio ort̄ attinētia. d. c. qd̄ sup̄ his.

Quid si aliquis poluit aliquā extraordinarie id est extra naturalia: **R**ū. fm. **H**ir. q̄ etiam si circa claustrā pudoris fiat: non facit affinitatem: nec matrimonij p̄sumat: nisi ex consensu fiat matrimonij ali. t̄ si mulier semen emitat: sed vir non: nō contrahit affinitas. **E**t est ad hoc ar. de frigido: q̄ palpando mulierē potest puocare ad seminis emissionem. t̄ ecōuerso. **L**et tamē nō est matrimonij: vel cōmixtio seminis. **E**t ideo nec affinitas. **S**ed si vir emitit in mēbro mulieris: et nō mulier. dubitari potest. verū tamē sine emittat sine nō: t̄ etiā neutro emittente sponsalia prius facta ratificant propter cōsensum matrimoniale qui inesse presumitur. ar. c. extraordinaria. xxv. q. iij. dūmō sine matrimonio apti vel p̄ primi extra de despon. imp̄. cōtinebatur. **I**dem tenet **Vin. Jo. t Archib. i. dicto. c. extraordinaria.**

Sed pro declaratione p̄dictorum queritur an ad cōtrabendam affinitatem requirat seminum utriusq; cōmixtio. **R**espondeo. **P**anor. in c. fraternitati. de eo qui co. consan. refert **Inno.** tenere q̄ nisi detur cōmixtio seminis utriusq; intra claustra pudoris: non causatur affinitas: nec cōsumatur matrimonij. unde nō sufficeret emissio seminis unius. **E**t ponit exemplū in frigido r̄. **S**ed **P**anor. dicit q̄ communis opinio medicorum enōtrarū sc̄z vt semen mulieris necessario nō cōcurrat ad generationē. **S**ecus de semine vir. **I**dem tenet **E**od. de se. in cōsilij suis. vbi dicit: q̄ ad caudam affinitatē seu ad matrimonij cōsumandum: necessario non requirit. q̄ mulier emitat: sed satis est q̄ viri semen sit cōmixtū materie viris. **E**x contrario em̄ sequeret magna absurditas. **V**iam pone. q̄ per annum mulier non emiserit: tūc concepit ex semine viri t̄ peperit. **A**bsurdum em̄ esset dicere q̄ matrimonij non sit cōsumatus: vel q̄ affinitas nō sit p̄tracta. **I**mmo plus dicit **He. de Val.** in. iij. q̄ sine copula potest causari affinitas: si fiat seminis receptio. **S**icut dicunt quidam de antichristo qui nascetur semine transfuso p̄ demonem incubum t̄ succubum. **I**dem dicunt qui clam mediī de quadā muliere que impregnata ē malī homines spermatizauerant: quātūcūq; etiam quis inuadet vel frangat vasa pudoris. nō in ipso vase tamen semen effundatur. non contrahitur affinitas.

Done q̄ innenīs deflorauit sp̄saz; et aperuit seras eius: sed nō emisit semen. **N**ūquid tenet matrimonij cū secunda? **Q**uidā dicunt q̄ sic: vt refert **Directoria.** vbi s. quo ad rei veritatem. vt norat **Jo.** in dicto. c. extraordinaria. **E**t ita deberet servari: si constaret q̄ nō spermatizauit. **S**ed aliter p̄sumitur. s. q̄ eam cognouerit: t̄ sic cōpelleat stare seras: t̄ nō spermatizaret. t̄ cōstare posset. sanguine defloratoris nō impediret p̄here cū illa. **I**dez dicendū si matritus deflorauit uxore: t̄ an seminis emissionē velut intrare monasterij. possit intrare

Impedimentum. xv. Fo. CXXXVI.

Sed ecclesia se opponeret ex presumptione, extra de-
despon. impo. si infantes. li. vi. vbi hoc etiam no-
tat Archi flo.

TQuid si moritur persona: mediante qua contra-
bitur affinitas: puta moritur maritus vel uxor vel
co-cubina: vel co-cubitor. Rn. nibilominus rema-
net affinitas que erat ad consanguineos eius: nec
potest esse inter eos matrimonium. xxv. q. x. fra-
ternitatis.

Impedimentum. xv.

De impotentia coeundi. quid sit. Rn.
fm Ray. est vicissim anime vel corporis vel
vtriusque quo quis impeditur alteri carnaliter co-
miseri.

¶ Quot sunt species impotentie. Rn. fm Ray.
Sunt principaliter due. Nam alia est naturalis: ut
impotentia pueri: vel frigiditas senis: seu etiam fri-
giditas opertioris. Aut artatio mulieris. Alia no
naturalis: sive accidentalis ut castratio et maleficium.
T Virum naturalis impotentia impedit matrimonium. Rn. illa que est in pueri vel puella impe-
dit ad tempus: quia quodcumque inesse non potest contrahere. extra eo. quod sedē. vbi habet et impotens ad
copulam: est impotens ad matrimonium. contrahendum.
Sed illa naturalis impotentia que est in frigido: si
est perpetua impedit matrimonium contrahendum
et dirimit contractum. extra eo. laudabile. Illa tame
que est in senectute non impedit: quia habet habitus quod
reducibile ad exercitium: aut consilio medicorum: aut
artificio. Et ideo dicit glo. in c. nuptiarum. xxvii. q.
i. q. nemo adeo senex quod calere possit natura vel
artificio. quod non est in frigido vel in pueri.

T Quid si vir non est oino frigidus: sed vel mem-
brum non erigitur: seu diuersimode ineptus est. Ita
quod non potest uxori comiseri: vel statim spergit se-
men et huiusmodi. Rn. fm Hosti. Si potest in-
uari medicinis: planum est quod tenet. Alter expe-
ctandam est triennium. et postea forsitan separari po-
tentia poterit naturaliter frigidus. Expectatio
tamen triennij fienda est: nisi quod prius possit de im-
pedimento constare. De hoc triennio vide supra
diuini.

T Virum caliditas impedit sicut frigiditas. Rn.
Alte, quod caliditas superflua vir potest esse impedi-
mentum perpetuum. Si tamen inueniret quod per trien-
niū copulam impedit carnis: audiret ppterū
quod frigiditas magis et sepius impedit: tollit enim
non tamen coniunctionem seminū: sed etiam rigorem me-
biorum quo sit coniunctio corporum. Iste frigiditas ma-
gis ponit impedimentū quod caliditas.

T Quid si mulier dicit virum impotentem ppter de-
fectum membra. Rn. fm Hosti. vir est inspicien-
dus per honestos viros sicut de muliere arte. Si
vo allegat excessum membrorum. dicit Hosti. quod papa est
puleius. Quidam tamen dicit hoc casu idem dicendum
quod de arte que potest contrahere cuz uno et non
cum alio. Dicit enim Aquicena. quod mulier quandoque
non est arte: sed vir eius non puenit ei. unde eterque
indiget pmutatione.

T Quid si vir habet membrum multum carnosum.

Rn. Hosti. se audiunisse ab exptis: quod hec potest esse
iusta causa dirimenti matrimonii. Nam infir-
mitas elefantie occasio posset esse que reddit etiam
nasum grossum. id est membrum. Et hoc ipse Hosti.
de facto fuit exptus: ut ipse dicit.

T Quid si quis non potest copulari cum virgi-
nes: sed cuz corrupta sic. Rn. fm Lbo. in. iiiij. pos-
sunt medicinaliter cum aliquo instrumento clan-
stra pudoris frangere: nec hoc esset contra naturam
quia non fieret ad delectationem: sed ad medici-
nam.

T Quid si quis mouetur ad pulcrum: et non ad
turpem. Rn. fm Lbo. huismodi abominationis
mulieris non est causa naturalis: sed accidentalis.
Et ideo idem iudicium est quod de maleficio: de
quo infra.

T Quid si vir sciat se frigidum et ineptum: et tamen
scienter contrahit cum aliqua. Rn. fm Ray. Si
mulier vult cohabitare non potest vir ab ea rece-
dere. ar. extra eo. qui du. in ma. c. j. et extra eo. co-
sultatio. et quas tantum vires habere non possunt
babeant ut sorores. Et idem dicendum si mulier sci-
ens se esse artus trahit cum aliquo quod si vir cohabita-
re velit non poterit illa discedere.

T Quid si aliquis scienter trahit cum arta. Rn. fm
Inno. tenetur cuz ea stare: ut frater et soror. Si tamen
cohabitat cum alia tenet matrimonium quod psum
ut sorore tenere et alere teneatur. Et eodem modo
si quae mulier scienter trahit cum frigido: vel impo-
tentia. Et idem dicendum: si frigidus et arta: scienter
cohaberint.

T Virum artatio mulieris sit semper impedimen-
tum trahendi matrimonij. Rn. fm Ray. Si absq
piculo potest subueniri beneficio medicine: vel p
futuru vsum viri. portionatu: non impedit matri-
monium trahere. extra eo. ex litteris. Si vo non po-
test aliquo modo subueniri sine graui periculo: certe
sepabit. vide de hac materia s. Diuinitum.

T Quod constabit quod illa que fuit separata a ppter
aperte artitudinem sit facta idonea ei ppterū cuz se-
cudo. Rn. fm v. v. p. iuramentū matronarum. A quibus
inspiciet ipsa: vel forsan vterque.

T Quid fiet si reddita primo cognosci non possit.
Rn. fm Hosti. remanebit ppterū cum ipso:
quasi psumatur maleficiatus. et si interim ea ppter
cognoscere potest: cuz illo stabit. alios elapsos triennio
restituetur. secundus sine spe quod iterum reddatur pmo
licet glo. Ray. dixerit quod ista restitutio potest fieri
vlgq; in infinito.

T Sed nūquid possit trahi matrimonium cuz illa
que est arta: sed ppterū incisione potest fieri apta. Rn.
fm v. v. dicit Hu. quod non credit nisi facta incisione
quod si ante incisionem ducat eam: tunc si facta incisione
ad huc duret. pmissus psumus sufficit ad matrimo-
niū. Si vo non duret: vel non de novo psumatur cuz eam
aut non carnaliter cognoscatur eam: potest ab ea recedere
et alia supducere. quod si nolit pati incisionem. non est
cogēda: maxime cuz timeat piculum.

T Bone quod est vni arta et apta alteri. nūquid po-
test contrahere. Rn. fm v. v. quod sic: cum illo cui po-
test sine piculo comiseri. cum alio autem non tenet

Impedimentū. xv.

matrimonii.

I Circa impotētiā coeundi: qñ est ppter impedimentū accidentale. puta ppter crastatoꝝ. An tales possint ḥbere? Rū. Namor. in. c. qd sedē extra eo de mēte doc. dicit. q spado vtroq testiculo carēs: nō potest p̄trahere m̄rimoniū. Nec autē si careat vno fin. Et sic p̄t intelligi. l. si fua. s. si spadoni. ff. de iur. dotiū. Et vide glo. in. c. bi qui. xxvij. q. vii. q̄ tractat de eo q̄ habet virgā erētā: sed nō potest emittērē semē: ppter impedimentū naturale vel accidentale. Et tenet ibi glo. q̄ talis p̄t matrimonii p̄trahere: cuz possit mulierē puocare. Sed cōter tenet p̄trari: qd putat Namor. veri: q̄ ex quo nō p̄t generare: p̄t vro dicere. Ego volo esse māc. vt extra eo. c. accepisti. Et ppter hāc rōnem dicit aliqui vt recitat Rū. in. iiiij. de sene. q̄ si esset talis frigiditas rōne senectutis: q̄ nullo mō iuuari posset natura vel arte. Idē esse dicendū sicut de naturali frigiditate: quia talis cōtrabendo se obligaret ad impossibile.

I De impotentia vo coeundi ppter maleficium Dic ut s. Boniortum.

I Utru autē maleficium p̄ aliud maleficium sit tollēdum? Rū. fm. Hen. de gan. in quolz. v. q̄ maleficia virtutē nullā: aut efficaciam habēt ex natura p̄pua: sed cūcta q̄ apparēt fieri p̄positis maleficis immediate sūt a demonibꝫ: vt homines decipiāt. Et ex qdaz pactōne eoz ad quos p̄tinēt oia molimia artū magicaꝫ. Nec debet homo eis fidē adhibē q̄ aliqd ex se agant. Et ideo p̄nitolum ē ea facere vel p̄siliū p̄stare quēadmodū illiciū est idolotū comedere. Licet etiā p̄nitolum sit opibꝫ supstitutio cōmunicare: catholica tamē est destruere op̄ supstitutioam: seu demonis. Et in hoc ei cōtrariari. Et sic dico q̄ licitū est maleficū deponere: sicut licitū est idolotū in cloachā p̄jicare. Et etiā vt curretur infirmus maleficat? Non tñ credendo. q̄ virtute illius maleficij morbus ille contingat. hoc enim esset infidelitatis. Sed q̄ fiat ex pactōde demōniū: ex diuina p̄missione: q̄ nō cōsueverūt fm p̄actōne suā maleficiatiū vexare nisi cōstante illo maleficio. Idem Hco. in. iiiij. Et ex p̄dictis videt̄ concludēdū q̄ licz maleficū tollere p̄ aliud maleficū: dūmodo fides nō adhibeat vel sortilegia vel incatatiōes non fiant. Et hec nota. De hoc vide infra Maleficiatus.

Oppedimentū. xvij.

I De matrimonio p̄tracto cōtra interdicō: n̄ ecclie. Sciendū q̄ matrimonia cōtra interdictū ecclie vel iudicis p̄tractū: licz p̄trabi nō debeat: tamē p̄tractū nō dirim̄t. Imponeāda est tñ h̄bentibꝫ penitētiā: et separari debet donec cognoscāt de causa interdicti. ex eo. p̄ totū. Nota etiā q̄ sponsalia p̄tracta cū aliqua p̄ verba de futu ro: en interdicto ecclie: nō habēt dirimere matrimonii postea cum alia cōtractū p̄ verba de p̄sen- ti. extra eo. c. ii.

I Quid autē si papa interdiceret oībꝫ generaliter vt nō p̄trahat m̄rimoniū. An tenēant m̄rimonia postea p̄tracta. Dic ex notatis p̄ Car. in ele. unica

de re. p̄mu. vbi quo ad sp̄ualia m̄rimonia p̄ludit ex illo tex. q̄ tanta ē potestas pape q̄ reddit sp̄ualia m̄rimoniā n̄lla. Quid autē de carnali: vt si dicat papa oretē? Nolum? q̄ p̄trabatis. Et si contra feceritis p̄nciamus nullā. Dicit Land. q̄ si volūtas pape est rōnabilis nō tenebit m̄rimoniū: q̄ potuit inhabilitare: et eius volūtati statut̄ quo ad hoc. s. inhabilitatē p̄sonaz. Et hoc dicit se tentiss p̄. c. ad dissoluendū extra de despon. impu. Idē dicit Land. de sacramento penitētiē. q̄ hoc sacram p̄pendet a dispositiōe ei. hec Car. Idē Dir. li. i. dicens q̄ vbi volūtas pape rōnabilis est et iusta in p̄mulgatiōe legis: efficaciā m̄rimoniū impedit. vt p̄ de impedimento publice honestatis. Ma i sacro m̄rimoniū glōne legitime quo ad talia sp̄ualia: sūt oīno in dispositiōe pape. Et idē in sacro penitētiē vt notat doc. in dicto. c. ad dissoluendū. vbi hoc notat Inno. et Hosti. q̄ addit̄ q̄ idem est etiam si oretē? vīla voce: sine aliqua p̄stitutiōe hec p̄beat. Beccus dicit in sacramētis in quibꝫ materiis nō spectat ad dispositionē pape: sicut aqua in baptismo. panis et vīnū in eucharistia et simulibꝫ: q̄a in illis volūtas eius quātūcū exp̄ssat: efficaciā sacramēti nō posset ip̄edire: debita materia et debita forma cū intentō p̄currētibꝫ. De hoc p̄ hug. Et viii. dist. nullū. facit qd notaē de oīue. quāto. vi. de s. Cōfirmatio sacri. Idem Hosti. in. c. tua. de sp̄. duo. dices q̄ interdictū pape ē fortius q̄ m̄rimoniū n̄ p̄summatū cū sup̄ illo possit statuere ad libitū. vt in. c. ex publico. de puer. cōiu. Blo. tñ in dicto. c. ad dissoluendū. singularē dicit q̄ m̄rimoniū p̄tractū p̄ interdictū pape: etiā cū clausula decreti irritantis: tenet mero iure: alio impedimento noī supposito. Idem videt̄ tenere Inno. sentiens aliud esse in sp̄osalibꝫ. s. q̄ irritant. Et fm Hosti. p̄nt p̄cordari opinionē fm Dir. li. i. Sed i m̄rimo- niū nō. Et sic intelligo opinionē. vī. et Sof. Blīj autē distinguūt int̄ clausula generalē et spalem: vt p̄mo casu nō irritet m̄rimoniū. secūdō sic. Erquo cōstat de intentiō pape. Namor. autē in dicto. c. ad dissoluendū. distinguīt. q̄ aut interdictū pape p̄s. p̄petua causaz. p̄hibitiōis. et dicit p̄petua fm glo. in dicto. c. tua. qñ nō est restricta ad certū tempus. puta si p̄hibetur aliquid fieri ppter malū qd inde tate vel qd sile. tūc vo dicit h̄c cōsamt temporale q̄i causa est restricta ad certū tempus. puta p̄hibetur matrimonii ppter veneratiō diei. Qui autē habet p̄petua causā: tūc matrimonii est nullū. Qñ vo temporale: tūc matrimonii tenet. et decre- tum dēbet referri ad factū: vt sic duratē causa: debeat matrimonii separari.

I De impedimento feriarū. Sciendū q̄ tpe feriarū. q̄b̄ p̄nt sp̄osalia: et etiā matrimonii qd sit solo p̄sensu: q̄ traductio vrois. nuptial. solēntas. et carnalis copula: p̄hibent fm Do- de ser. vbi dicit q̄ nuptialia purissima seu nuptiales so- lēntates et solēnes traductiōes: et carnis cōmiso

Impubes Fo. CXXXVII.

phibent his diebū feriatis: licet m̄rimoniū strahit possit om̄ni tpe etiā q̄dragēimali. p̄ hoc glo. no. xxxij. q. iij. hinc etiā. Itē c. nec vroē ducē ea. cā 7. q. vbi simplicē dī: nec vroē ducē. Et sic simpli- citer nō phibet solēnitatē. H̄ etiā ducē s. ad domū. Et p̄ hoc infero. q. nō solū hec phibitio pcedit in virginib⁹: h̄ etiā in viduis q̄ etiā sine solēnitate nō debet p̄nq̄ viris h̄c tpe: nec duci ad domū.

¶ Que aut̄ sint ista tpa feriata quo ad nuptias? Vnde primū esse ab adiuetu vsc̄ ad ephiam. Ieūdū a. ltr. vsc̄ ad octauā pasche. ut in c. non oportet. xxxij. q. iij. terciū a p̄ma die rogationum vsc̄ ad octauam penthe.

Nāquid aut̄ in ip̄a die octauaz̄ pasche et pen- the. s. in p̄ma dñica post ip̄a festa possint nuptie ce- lebri vel strabri. No. dicit q̄ nō. p̄ hoc s̄a in c. capellan⁹ extra de ferijs. dū dicit post octauas pa- sche. ergo nō octaua: q̄ ter. dicit post septē dies p̄ p̄the. No. em̄ essent. vii. dies post festū: si i dñica sequēti festū: nuptie celebrarent.

An aut̄ includat octaua ephie: sicut includunt alie predicte octauae. Hosti. dicit q̄ durat vsc̄ ad octaua ephie inclusive. Jo. an. dicit. q̄ p̄ hoc mul- ton locor̄ approbet p̄suētudō: non tū. videt iure p̄bari. vnde satis putat. q̄ post primū diem licite strabans nuptie. Cu in dicto. c. nō oportet. nihil dicat de octaua. Nā si voluisset dicere de octaua: ex̄p̄s̄s̄eret: sicut exp̄ss̄it in c. i. de treu. et pa. vel di- x̄set in pl. Nā ergo recedem⁹ a s̄a: et marie post factū: nō debent ſ̄bentes iudicari culpabiles. Et standū est p̄suētudini q̄ est optimā legū interpres. Lessante aut̄ p̄suētudine: tenenda est opinio Jo. an. videlicet q̄ trāfacto feſto ephie dūtāxat: nuptie licite celebri possunt. Nota etiā fīm Arch. flo. q̄ festa fīm nouā et veterē legē a vespā in vespers ce- lebant: tū in septuagesima est hoc sibi. p̄nū q̄ ab dicat canticā leticie. Nā incipit tū in vespis: sed in cōpletorio. Et in primo p̄termittit allā. vnde vsc̄ ad cōpletorio exclusive licet ſ̄bere. Sed officiū ad uētus p̄nū p̄fecte incipit in vespis sabbati p̄cedētis. vnde extūc nō licet ſ̄bere. In diebū vō alijs n̄ solū vespē. Imo cōpletoriū sunt de tpe p̄cedente p̄ se loquēdo: licet p̄ accidēs sup̄ueniēte maidri feſto: nihil fiat de illo cōpletorio vel solū memora in ve- speris. tū in oībū p̄dictis est p̄suētudo obſeruāda. vñ in multis terris etiā de nocte p̄fundā i vigilia adiutus. et lxx. nuptias faciūt. Sed si post mediā noctē facerēt et̄ſſet corrupcēta: quia a media nocte mōre romano p̄or incipit: vt. ff. de fer. l. mōre. vñ sicut nulla cōsuetudo excusaret i manē diei: sic nec post mediā noctē. Sed certe peccatū et̄ſſet: q̄ p̄ tra- ſanctor̄ canones: ſ̄bentes etiā nuptias iſtis tem- porib⁹ phibitio. debent puniri in quo deliquerūt sc̄z ut vsc̄ ad t̄pus ſep̄en̄ n̄lī sit p̄culū in cōtine- tie. Sacerdos aut̄ q̄ dedit bñdictioz̄ his grām pe- ne: licet arbitria ē p̄niedus. nō aut̄ ē mortale exi- gere talib⁹ temporib⁹ ab vroē p̄us rite bñdicta fīm De. de pal. Qui etiā tenet q̄ his dieb⁹: nō licet ſ̄bere m̄rimonia p̄ v̄ba de p̄tū: q̄ iste cōtract⁹ dz̄ fieri in facie ecclie. In facie aut̄ ecclie nō videt fa- tiendū sicut nec bñdictio nuptialis. Credit tamē

Arch. flo. q̄ in hoc standū sit cōsuetudini. Itē et si sit mortale p̄lūmmare m̄rimoniū his dieb⁹: nō post primā copulam iterū recognoscendo nō pec- cat mortaliter.

Impubes p̄mūnter

Idic̄ puer. j. xiiij. annū p̄pletū. puella. j. xij. et de despō. impu. et l̄ris. No. bar. in l. talis. L. d̄ his q̄. vt id. q̄ licet ſ̄puberel nō ſint idonei testes i maleſicis: vt. l. in testimoniu. ff. de testi. hoc ē verū ad plēnā p̄bationē: h̄ ad indiciū bñ possunt exāari. Et s̄cno. q̄ dictū impuberis est ſufficiēs indiciū.

Acacceratius.

Intrū cōdē- natus ad morē t̄ncarcerat⁹ possit li- te abire si t̄pus et locū habeat. Rū. fīm Hen. de gan. quolibetō ix. q̄ licet dāmato morti effugere: h̄ nō carcerē frāgere. vtp̄uta si index dā- natuz dimittat in carcere ſine vinculis. et negligit firmare carcerē: tūc abſq; om̄ni iniuria iudicis: qui nullū ius habet in ſubſtantia corporis: potest corpus ſuum abducere quēadmodū ſi q̄ ſep̄at agrū ſuū: nō licet quēc̄ transire p̄ agrū illi: ſep̄em rupendo. Si tū ſep̄ nō fuerit licitū ē p̄ agrū trāſi- re. et q̄ plus eſt ſi ſcipiat ei index ne carcerē exeat ſi tū nō oportet q̄ vincula aut carcerem dirūpat vel quēc̄ ſile faciat: in quo circa iſm ius habeat. In illo ei obedire non debet. Et ſi fugit: index ſue negligentie imputet. De hoc vide ſup̄ia pulera. c. Acculatus.

Acendiarius eſt qui

I aucoſitate p̄pria ciuitatē. villa. māſum. ſegetem. domū. vel arbores incēdit vel ſilia. igne appoſito ex odio vel vindicta. xxxij. q. vi tima p̄fīmā. et xij. q. iij. cū deuotissimā.

Sed q̄d ſi incendū ſit ortum in rīco vel ciui- tate. Et cauſa defendendi edificium meū: diſſipo edificium vicini mei. nū quid teneor⁹. Rū. diſtin- guendo. Aut erat iuſtus meus: ne ignis occaſio- ne domus vicini mei: meum edificium cōbureret. puta q̄a iam ignis peruenerat ad domum vicini mei: vel iuſte et p̄babilit̄ dabitabam an perue- niret: q̄ forte tempus ventosum erat: tūc nō te- neor ei. ff. de incen. rū. nan. l. j. ſ. ex incendio. neq̄ eiū dāmū dare videor: eque p̄tūris edib⁹. ff. qd vi aut clam. l. ſi alijs. ſ. eſt et alia. Et q̄uis nō pue- nerit: iuſte tamē putabam ignē puenturū. Et ido- mil a me p̄d̄ repeteret. ff. ad legē aquil. l. ſi quis fumo. ſ. quod dicitur. Aut non fuit iuſtus me- us. puta quia adhuc non peruenerat ignis vsc̄ ad domum vicini quant deſtruxi: nec iuſte du- bitabam: tūc teneor ad ſimplum dāmū fīm Hostien.

Sed pone q̄ vicini dubitātes de igne: petunt q̄ talis domus deſtruaſ. nunquid debet domus emēdarī vicino a vicinitate. Rū. q̄ ſic ex ſumma equitate. vnde conſulendū eſt iudicis: vt hoc ex officio ſuo fieri faciat. argu. ff. ad l. rodiam de ia- ctu. l. ſi laborante. et hoc eſt equissimum. De ma-

Indulgentia

teria incendiariorum et effractorum. vide s. Absolutio primo.

Indulgentia. Quid est? Dic quod est pene relaxatio quam quis iuste pro culpis propria facere debuisset; de thesauro ecclesie ad diuinam iusticiam persoluendam sumpta. Dicitur in predicta distinctione relaxatio pena ad differentiam relaxationis culpe que fit per gratiam dei in contritione. Et sic gratia formaliter lauant in contritione. Deus autem effectu dimittit culpam. Et per dist. i.c. verbū. Et quo infertur quod nulla indulgentia directe potest esse a pena et culpa. scilicet vulgus hoc affirmet. Nam culpa directe dimitti in contritione et confessione. Et propter hoc dicit qdam quod ecclesia nunc utitur tali forma. ut si dicatur indulgentia dari a pena et a culpa: quoniam si tali uteretur forma: videref euacuari sacramentum confessionis. quod esse non potest. scilicet de necessitate salutis: quod esset protra omniē theologica disciplina. et protra c. ois. de pe. et remis.

I Quis potest concedere indulgentias? R. fuit docto. in. c. qd autem. et. c. cum ex eo. de pe. et remis. Primo papa qui habet plenariam potestatem: et cui thesaurus ecclesie et meritis christi et martyrum et aliorum sanctorum aggregatus: est consilius. potest indulgentias facere cui vult et quando. causa tamen existente legitima. Archiepiscopus quoque licet non sit iudex ordinarius omnium de sua pruincia: ut dictum est supra. Archiepiscopus. potest non solum in dioecesi sua: sed etiam in tota sua prouincia indulgentias concedere: dummodo non exceedat statutum concilii generalis. extra de pe. et remis. nostro.

I Quātam autem indulgentiam concedere possint prelati ecclesiārum citra papam. R. Panor. in dicto. c. cum ex eo. ex illo tex. concludit. quod in dedicatiōibus ecclesiārum dūtata rat possunt concedere annum. Sed pro alijs quibuscum causis non possunt concedere oltra. xl. dies. Et hoc teneas: quicquid dicant alij. Et sic omnes prelati cuiuscumque dignitatis sint: non possunt concedere indulgentias: nisi ut dictum est. Et licet littera loquatur generaliter de prelatis. non tamē intelligas de inferioribus episcopis: quia inferiores prelati non possunt concedere indulgentias: quod hoc est dignitatis episcopaloris. ut est tex. singularis in. c. accedētibus de ex. pre.

I An autem electus et confirmatus in episcopum non coēcēratus possit coēcedere indulgentias: maxime si non sit sacerdos: et sepe ista questio accedit in legato apostolico non presbytero. Hosti. in dicto c. accedētibus. tenet quod si est presbyter potest concedere alij secus. Jo. autem Cal. post Lbo. tenet quod etiam si non sit sacerdos: hoc possit. Et hoc idem in legato. Idem Panor. quia coēcedere has indulgentias procedit ex dispensatione bonorum ecclie: et licet ex iurisdictione. ergo isti possunt: cum habeant iurisdictionem licet non sint coēcērati in episcopos vel sacerdotes: ut in. c. ex trasmissa. de elec. Et per peccatum non tollitur predictis potestas ista quod dicitur

tamen ab ecclesia tolerantur fin Ray. et Hosti. Inferiores tamē prelati possunt coēcedere participationē bonorum coēgregatiōis sibi comulsi. nam hec participatio fit per mutuā charitatē.

I Quid si episcopus vel archiepiscopus excedit indulgentia oltra predictā taxam. nūquid saltē valebit pro numero dierum quam possunt dare? R. Se. in. c. si. de pe. et remis. li. vi. fuit Jo. mo. dicit. quod talis indulgentia est oīo nulla per ter. qui dicit. Ita tamē quod statutum generalis concilii non excedas. ergo videat potestas eorum limitata intātu quod si excederent: potestatē nō haberent. Et sic rotū videat factum ab illo qui potestatem nō habet. ergo nō valet. Idez. Du. Jo. autē an dicit. quod valet usq ad summā. quia hec est quedam liberalitas. Et in his et donationibz dicimus quod valent: p parte usq ad legitimū modum: et in reliquo non. Hanc opinionē videtur approbare Panor. in simili de quinquagesima ep̄i. Aut centesima. de quo vide s. Bonatio primo.

I Donec quod episcopus dedit. xl. dies indulgentie Successor eius iterū dat. xl. dies. In utraq valeat. R. Se. ubi supra ex mente Jo. an. in additionibz Spe. dicit quod non: quia per talem multiplicationē posset veniri contra concilium cum ex eo. s. allegatum.

I An autē tales indulgentie coēcesserent per legatos et alios prelatos sint perpetue. R. glo. singularis in. c. si. de offi. le. dicit. quod indulgentie quas sepe legati coēcedunt: subuenientibus ad repationē pontificis: vel loci religiosi: durant post finitā legationē quēadmodū et eorum statuta etiam si in eis contineat pena excoīationis. Idez. dic de indulgentiis aliorum prelatorum. Et hoc est contra multos: credentes indulgentias reuocari per mortem conceidentis.

I Quid autē de reuocatione indulgentie: an nocteat ante certificationē. Exemplū oīum per papaz Calixtum coēcessa fuit in indulgentia plenaria omnibus quod dabat subidiū et c. Postea per successōē fuit reuocata. nūquid illi qui exbursauerūt pecunias suas illo intermedio. tpe. puta a die reuocationis et notice. In babuerūt dictā indulgentiā. Hic fuit docto. in. c. j. de cōcēs. p. li. vi. q. sic. Et Se. ibi dicit quod talis indulgentia valet quousque certificati fuerint illi: quibz coēcessa est: nisi in dicta reuocatione esset clausula decreti: vel quod simile per quod expresse appareret de voluntate pape contraria. Ita quod vellet quod a die bullatōnis non amplius valeret. quod tamē cōmuniter non sit.

I Quid autē dicendū ecōtra. In pūlegiū sumat vires suas statim cū papa pcessit illud. puta papa coēcessit alicui pūlegium ut nō possit excoīari vel huiusmodi. In censeat adempta potestas ordinario per tale pūlegiū. Se. ubi s. refert quosdā dicentes quod statim bullato pūlegio. Et hoc quidam intelligit: quod qd p se vel. procuratore ad hoc datum impetrat tales indulgentias quod excoīnari non possit. Nā ex quo coēcurrat voluntas pcedentis indulgentiā et impetratis statim habet efficaciā: et si tales ius habentes in pūlegio: hoc ignorant;

Indulgentia Fo. CXXXVIII.

quia possent esse plures. Et si papa i præmilio dicere: p[ro]fessenti: per se vel per nūcūm: prohibemus omnibus ne quis eum excommunicet. Idem esset. Statim enim effectum habet: quia conciūt volūtates predicere. Si vo[n]o nec per se: nec p[ro]nūcūm q[uod]s impetrat talē indulgentiā: sed papa proprio motu vel ad instantiā alterius dicit q[uod] nisi appareat de voluntate contraria cōcedentis. præmiliatus nō gaudebit beneficio indulgentie nisi postq[ue] ad eū peruenient. Idem videt tenere Inno. et Tho. Et hec faciunt ad ea que dicta sunt s. Excomuni[c]atio. vi. in fi.

Quid aut si in p[re]se[nt]atiōe ep[iscop]us et archiep[iscop]us eo eurrant: et quilibet dat annum? Rū. Dir. li. i. fm. Hosti. dicit q[uod] cōponenciales habebunt annū. Subdit vo[n]o ep[iscop]i bienniū.

Nūquid auzē concedens indulgentiā habebit eam: si facit ea p[ro]pter que cōcedit? Rū. Dir. refert quosdam theo[logi]a[rum] tenere q[uod] sic. Idem Vin. in dicto. c. cum ex eo. Id hoc faciunt nota. p[ro] doc. in c. p[ro] venerabilem. qui si. sint le. vbi p[ri]nceps potest legitimare filios suos. nō tanq[ue] pater: sed tanq[ue] p[ri]nceps. Et sic gaudet p[re]uilegio: quo ceteri participes gaudent.

An aut vnius possit alteri indulgentiā mereri? Rū. nō potest nisi p[ro]cedat ex intentiōe dantis. vñ posset i indulgentiā fieret hoc modo dicēdo. q[uod] ille qui facit vel p[ro]prio quo sit habeat talem indulgentiā. Et ratio est fm theo. quia licet p[ro]prium opus possit quis p[ro] intentionē cuicūq[ue] voluerit applicare. Et siccum satisfactio sit p[ro]prium opus. poterit quis cui voluerit p[ro] intentionē suam applicare: et sic. p[ro] alio. satisfacere. Indulgentia autē nō est p[ro]prium opus sed eius qui dat indulgentiam. quod opus ipse applicat p[ro] intentionē ad hunc: vel illum qui sic fecerit: et p[ro] sequēs nō potest quis hāc intentiōe ad alterū transferre.

Quid si quis faciat pluries i die illud. p[ro]pter q[uod] indulgentia est cōcessa: vel cum vadit ad locū vbi indulget remissio. nūquid habebit totiens indulgentiā: quoties vadit? Rū. aliqui dicūt q[uod] quādo indulgentia ad determinatū temp[us] datur: vt euz dicitur. Quicūq[ue] inerit vñq[ue] ad tale temp[us] ad ecclesiā. tālē: habebit tantū de indulgentiā. Intelligitur tālē semel. Sed si in aliqua ecclesia sit p[ro]petua indulgentia sicut in ecclesia beati petri est indulgiā. xl. dierū. tunc quoties aliquis vadit totiens indulgentiā cōsequitur. Et huius sententiā est Tho. fm vo[n]o Inno. et Gul. in Spe. quādo indulgentia cōsistit in visitatione alicuius ecclesie: tūc pro qua libet vice qua quis ad ecclesiā vadit indulgentiaz habebit.

Sed quid de his qui deferunt multas litteras ep[iscop]orū: et legūt oēs i uno loco: asserētes q[uod] talis ep[iscop]us facit talē indulgentiā: et talis talē. nūquid p[ro]dest cōseruent? Ita q[uod] omnes indulgentias capiat? Rū. fm Dir. q[uod] non. sed illi tālē qui subest ep[iscop]o indulgentias facient: nisi forte et is qui cōfert: habeat licentiā a suo iudice q[uod] tales indulgentiæ illi. p[ro]l. ar. exē de fo. cōpe. significasti. vel suus cōfessor ei indulue-

nit: q[uod] possit p[ro] tales indulgentias redimere penitentiā. extra de pe. et re. q[uod] aut. vbi Panor. dicit q[uod] tu[er]tissimū est et valde expediens ut volens p[er]g[ra]mar et visitare loca p[ia]: habeat licentiā a proprio indi- ce: et gratia p[ar]ticipandi indulgentijs alienis. hoc tamē intellige de indulgentijs concessis ab alio q[uod] a papa. Nam respectu pape quilibet est subditus. ut in c. cūcta per miūdūm. ix. q. iij. hoc enā verum nisi indulgentia esset restr. era ad habitatores certi loci: que tamen sic cōmuniciter non cōceditur: sed generaliter.

Quibus p[ro]l. indulgentie? Rū. fm Hosti. p[ro]l. tālē vivis et non mortuis: sicut enī membrū corporale putridū vel resecatū vel mortuū nō pot[est] nutrir[ur]: vel vivificari cibo corporali: sicut nec membra spirituale: cibo isto spirituali. Ideo excomunica-tis. hereticis et scismaticis sic existentib[us] nō p[ro]l. sunt orationes. nec ieunia. nec elemosyne. nec indulgen-tie quo ad effectum spūalis nutrimenti: h[oc] nec mor-tuis p[ro]l. būi modi remissiones. licet alia suffra-gia ecclesie p[ro]l. q[uod] charitas sola p[ro]dest in pur-gatorio. Cum fm p[ro] sperum. Sit in omnibus fide-libus operosa. de pe. di. ij. charitas. Sed potestas clauis nō habet ibi locū. Pro predictis facit quod notat Rū. in. iij. di. xx. vbi querit. An valeant indulgentie existentib[us] in peccato mortali. Et cōclu-dit q[uod] non hac ratione: q[uod] non potest fieri remissio pene manēt culpa. Et ideo cum p[ro]l. indulgentias nō remittatur existentibus in mortali peccato cul-pa: nō remittetur eis per indulgentias aliquid de pena. Bona tamē facta in mortali disponunt de cognito ad penitentiā. Et illa mediante ad suscep-tionem remissionis peccatorū per diuinā miseri-cordiam. Quo tamen ad existentes in purgatorio dicit Rū. q[uod] illi qui sunt in purgatorio: cum eccl[esi]a militante. aliquo modo cōmunicant in pena. Cum triūphante i impossibilitate peccati: tamē cu[m] vtraq[ue] in charitate. Et ideo quia cōiuncti sunt cum militate eccl[esi]a per charitatem: maximo au-xilio indigent: quia non sunt in statu in quo pos-sint penam assumere voluntariam: per quaz ceteris admitteretur ad visionē beatā. Ideo eccl[esi]a pot[est] eos innare: cōdicādo eis merita vivoꝝ nō tālē p[ro] mo-dū auctoritat[is] vñ iudicij: p[ro] q[uod] directe innant illi q[uod] directe p[ro]l. indulgentie. Et per predicta solvit questio: que de facto accidit de indulgentia plena-ria cōcessa olim per Calixtū papam patrib[us] et ma-tribus defunctis fratrib[us] minorib[us]: si qui in purga-torio repiebantur. An valeat dicta indulgentia? Dic per predicta q[uod] sic: per viam cōicationis bonorum spiritualium eccl[esi]e. Et sic indirecte. non autē directe p[ro] viā auctoritat[is] seu iudicij. quia sic illos nec ligare nec absoluere pot[est].

Vtrum ille cui iniuncta est penitentia. viij. anni-orū: et postea p[ro]secutus est indulgentia. Septem anni-orū teneatur postea agere penitentiā illam? Rū. q[uod] nō tenetur ampli[er] penitentiā illā agere: dū tamē peccatum oīno p[ro] cōtritionē dimissum sit: q[uod] p[ro] omni peccato mortali duplex pena debet. scz eter-na et temporalis. de pe. dist. i. si peccatum. Sed

Indulgentia

per cōfessionē pena eterna dimittitur seu in temporalem cōmitatē de pe. di. i. verbū. **T**emporalis vō p satisfactionē vt in dicto. c. si peccatū. Et per istā penā qualitercūq; satisfaciat ecclesie: dū tamē nō decipiat ecclesia sufficit: et absolvit est. xxiij. q. i. quodcūq; nec tenet amplius de necessitate ieunare: vt bene p̄hatur in dicto. c. qd aut. vbi dicit q p tales remissiones eneruāt penitētialis satisfaetio. **E**t **P**ano: ibi reprobat opinionē dicentium q huiusmodi indulgentie pluit quo ad penitētā hic iniunctā: dū modo sacerdos qui p̄us indulxit penitētā: hoc cōcedat vt possit cōpensare penitētā cum indulgentia. al's secus. **B**ed hec opinio nimis restringit potestatē et effectum indulgentiarū. **N**am cū hec indulgentia p̄ficiscat et thesuaro ecclie: cuius potestatē habet papa cōpensandi: debet p̄delle quibz papa cōcedit: vel alius prelatus babens ad hoc potestatem. vnde non est necessaria licentia sacerdotis licet sit consilium ut habeat licentia.

RQuid valent iste indulgentie? **R**ū. fīm. **S**of. **H**osti. et theo. q tantū valer quātū sonant. vide licet xl. dies indulgentie valent quātū xl. dies penitentie fīm tarationem factam: siue a iure siue a sacerdote: siue a iusticia diuina. **D**ies enī isti siue anni: non sunt anni celi nec purgatorij: sed mīdi. **E**t sicut in mundo. xl. dies penitentie plus valent p̄ficiēt cum maiori seruore q̄ valeant alteri. Ita xl. dies indulgentie plus valent illi qui cum maiori charitate vel rei date quātitatē: accedit. **D**icendum tamē q̄ aliquādo indulgentie sonant numerū dierū: vt quando dicitur. **N**icunḡ ierit et. babeat. xl. dies de indulgentia. **A**liquādo sonant numerū annorum: vt cum dicit. **N**icunḡ ierit et. babeat duos annos et. **A**liquādo sonat partē peccatorum: vt cum dicitur. **N**icunḡ ierit vel sic fecerit: babeat suorum peccatorū tercie vel quarte partis remissionem. **A**liquādo sonant plenariarū remissionem. **S**i indulgentie sonant numerū dierū: tunc talis indulgentia debet sic intelligi q̄ si alicui essent. xl. dies de penitentia iniuncti. xl. dies de indulgentia. **I**psam penitentia euacuat. **E**t sic si quis tenebat ieunare. xl. diebus. habita indulgentia. xl. dierum: non tenetur amplius ieunare. Ita enī dicit in forma litterarū. xl. dies de iniunctis sibi penitentij: misericorditer relaxamus. **S**i sonant numerū anno: tunc similiter intelligendū est. videlicet q̄ penitentia in cōfessione vnius anni iniunctam: vnius annus indulgentiarum solut. **E**t si dicitur. ponamus. tanta mibi non fuit assignata penitentia: vt cōmuniter fit. **Q**uid dicendū? **D**ico q̄ tibi in purgatorio recompētabitur ac si illam fecisses. et tibi iniuncta fuisset. vnde posito q̄ quis p̄ decenniū in purgatorio stare deberet. **E**t ipse. vii. annos de indulgentia in vita habuisset: certe solū per trienniū in purgatorio puniret: quia quod semel fuit relaxatum: amplius a christo non repetit. **S**i autem indulgentie partem peccatorū sonant: tunc tantū valent ac si quis penitentia illius priscaorum peccatorū fecisset. **E**t si talis in gratia dece-

deret: manifestum est q̄ in purgatorio: nisi p̄ residuo puniretur. **S**i plenariam indulgentiam sonant. **C**laruz est q̄ ei plenaria pena relaxatur. **E**t si in illo instanti moreretur: absq; additione noue culpe: pculdubio si fuisse peccatorum maximus ad celos euolaret. **N**ota tamen fīm Augu. de ancho. prout recitat Archi. slo. in summa: q̄ quatuor sunt que faciunt retardare ne statim euolēt: nō obstante q̄ in litteris papalibus dicitur plenariis indulgentiā cōcedimus. **P**armū est forme indulgentie taxatio: vt si dicatur. **L**ibi indulgentiā plenariam omnīū peccatorū tuorū de penitentia tibi iniuncta indulgemus: tunc si moreret: non statim euolaret: si maior: sibi penitentia fuerat iniuncta. **E**t vigore indulgentie non sibi remittitur: nisi pena iniuncta a p̄fessore. **P**ro illā ergo parte pe ne que sibi debebat iniungi in foro penitentieluet in purgatorio. **S**ecundūm est alicui⁹ peccati omisiō per obliuionem vel ignorantiam. scz q̄ nō fuit de eo confessus. **E**t hoc precipue videtur habere locum: quādo dicitur in forma indulgentie: q̄ ha beat remissionem omnīū peccatorū: de quibus corde cōtritus et ore confessus est: quia non valet quo ad peccata nō p̄fessa. **S**ed de hoc infra. **T**ercium est alicuius mortalis peccati post cōsecutionem indulgentie perpetrat. **H**e illo enim licet cōsiteatur et satisfaciat: non tamē habet indulgentiā quo ad illud sequens. **Q**uartum est culpe venialis in expurgatio. id est q̄ decedit cū aliquo peccato veniali: de quo non est contritus: sed fixus in affectu eius. stant enim venialia cum gratia et nō potest remitti pena remanente culpa: vnde indulgentia quo ad talia quibus est affectu fixus: non valet. **S**ed si ista non impediāt: cum alijs que cōcurrē debent: puto q̄ papa a tota pena et culpa absoluere p̄t: ita q̄ talis euolabit.

Sed que sunt alia que concurrere debent ad huiusmodi indulgentias consequendas: **D**ic q̄ quatuor requirūtur. **D**uo ex parte dantis. licet auertoitas et causa rationabilis. **A**lia duo ex pte suscipientis. scz q̄ sit in statu merendi. et vt faciat illud pro quo indulgentia datur. **E**t ob defectum huius vltimi indulgentie non valent bis qui libenter facerent illud pro quo indulgentia datur: sed non possunt: ex quo indulgentia datur sub hac forma. vt faciat vel det hoc vel illud. reputa est indulgentia mediolani certis temporibus plenariis qui porreterint manū adiutrices: licet fratres minores et alij religiosi nihil habentes illuc accesserint et deuotissime: non cōsequētur illam indulgentiam virtute talis priuilegi. **Q**uid ergo habent facere in hoc calu: vt et ipsi dictam indulgentiam consequātur. **H**ebent facere vt alius p̄o eis aliquid tribuat. **E**t hoc nota.

REt per predicta patet quid sonat remitto tibi vnum annum de penitentia iniuncta. **N**am iste est sensus fīm Yno. et Hosti. id est tāto min⁹ p̄nieri⁹ in purgatorio: quātū esset: si uno anno cōegisse penitentia in hac vita. **N**ec p̄t̄ bas generales indulgentias: nō min⁹ debes agere p̄niaz in hac

Infidelis Fo. CXXXIX.

vita quā de necessitate non tenearis; tu qd nescias
vtrū sacerdos iniurierit tibi penitētiā quā debuiss-
et. Nam hodie vix iuste imponit; cū pio quolibz
peccato mortalē; septēnis penitētiā debeat. xxxiiij.
Sed pone q. procurator iurauit nomine domini et per iurauit. An ipse procurator sit piurus? **D**ic fin quodam et bene. q. is qui taliter ad iurandum constitutus procurator non est per iurus. licet scienter falsum iuret. cum non intendat propriam animam obligare. puniri tamen debet cum sit cooperator per iuri. de offi. dele. c. j. **I**s tamen in cuius animam p̄stat. incurrit per iurium. Et hoc nota. quia singulariter.

TQuid si iurauit tibi dare. Et tu mihi debes alia. nunquid possim compēdere? **R**u. Panor. in. c. ad nostram. c. i. extra eo. dicit q. non. quia iuramentum est obseruandum in forma specifica. nec sufficit illud adimplere in effectu. patet ibi per tert. illum. quia iurans tenet prius actualiter soluere. nec sufficit compensare q. q. compensatio sit ficta solutio. s. peculium. S. j. ff. de statu lib. Et dicit Panor. q. doc. nostri communiter sentiunt quod dictum est. **S**ed contrarium dicit sensisse Hart. in. l. amplius ff. rem ra. ha. ubi ponit talem. q. Quidam tibi promisit soluere certam quantitatem. et hoc iuravit. postea compensat tecum. nunquid per hoc sit piurus? Et concludit q. non. Nam conditiones debentim pleri in forma specifica. sicut iuramentum. et in. l. qui heredi. in principio. et. l. meius. ff. de conditio. et de. **S**ed iussus dare implet conditionem compensando: ut. d. l. si peculium. ergo et. c. Preterea: si ego impeditior iusta de causa facere quod promisi. non sum piurus: ut in. l. ff. qui satisda. co. **S**ed si ego

non solus tibi. quando tu debes mihi tantidem. ego impeditior a te. quia ideo non tibi solno; quia tu non solus mihi: unde quasi facto tuo impeditus non debeo esse per iurus. hanc rationem facit ter. in. l. iii. ver. Item queritur ff. de sta. lib. Et concludit Panor. ob rationes Barto. que videntur valde efficaces. q. ante factum est sequenda opinio prima. quam tenet Job. an. et Inno. sed post factum ut quis excusat per iurio. sequenda est opinio Bartoli.

TQuid si quis iurauit tenere ob stagia in certo loco. Et non habet tibi quod comedat. nec vnde soluat? **R**u. fm Host. si tempore obligationis iam erat non soluendo. renetur ob stagia seruare. quia videt ad hoc se obligasse ut virtus querat manib⁹ suis. vel mendicando. **S**ed si tempore obligationis erat soluendo. et nunc deuenit ad paupertatem. tunc distinguo. quia si est talis q. possit mendicare sine verecundia. dico idem quod prius. **S**ed si est nobilis. et in dignitate. tali subueniendum est iuris beneficio. extra eo. querelam. et. c. breui.

TQuid si debitor iurauit creditori se soluturus in certo termino et impeditus non potest? **R**u. fm Host. Si quando iurauit credebatur se non posse solvere. vel non habebat probabilem causam credendi tunc in retro casu per iurus. quia in primo deerat veritas. In secundo iudicium. Si vero ab inicio credebat probabiliter se posse. soluere non per iurabat. Et si postea fecit posse suum. non est per iurus. Sed et multo magis excusat si multe pecuniam tempore debito. sed casu perdata fuit. extra de iure. querelam. q. si postea lapsu termino posset. et non solueret. piurus esset. lapsus enim termini non substituit obligationem iuramenti. extra de dolo et contum. cum dilecti.

TQuid si iuro aliquid generaliter. nunquid ad speciale teneor? **R**u. fm Host. Cum generalitas obsecrata pariat. non video cogitasse de his super quibus specialiter iuratur non sufficiat. Et sic inter pratum est iuramentum fin intentionem iuratis quando sine dolo quis iurat. Secus autem quando ipse cum dolo est. et ille cui iuratur est sine dolo. Ideo si emergat casus inopinatus de quo si cogitasset nullo modo iurasset. non teneor. Addit singulariter dictum Panor. in. c. veniens. extra eo. ubi habetur fin Inno. q. si iuramentum fuit generaliter prestatum. tunc non exteditur nisi ad ea de quibus cogitatus est: vel debuit merito cogitari. extra eo. quintaallis. Si autem iuramentum fuit specialiter prestatum. tunc dicit q. iuramentum recipit interpretationem finis in foro contencioso. Sed in penitentiali fin intentionem iurantis. Et per hoc soluitur q. Quidam dericus iurauit stare madato episcopi: qui precepit ei ut beneficio renunciaret et q. non appellaret. Tertie ex quo non erat verisimile q. de his cogitasset. poterit precepto non obstante appellare. Et ita fuit determinatus per doc. de ro.

TEt per dicta soluit notabilis q. de mercatore de robato in nemore. qui timore mortis iurauit latronibus. q. eisdem portaret certam summam dena-

Jurare

Fo. CLIII.

tionum. Querit an sit obligatus ad obseruandum qd̄ pmisit? Rū. fm. Panor. in. c. si vo. extra eo. q̄ aut metum passus nō habuit animū se obligandi et tunc nō indiget quo ad deum absolutōne. qd̄ deus iuramentum accipit. put ex corde pcedit: vt in c. humane aures. xxi. q. v. Peccauit tñ iurādo. q̄ assumpsit nomen dei sine effectu. Erit tñ peccatum veniale & forte hoc pcedit solum in homie pfecto. Sed in alio nullum erit peccatum. cum excusat rōne metus. p̄ hoc qd̄ b̄ in sil. xxi. q. iij. ne quis. Aut habuit animū se obligādi. Et tunc puto q̄ contraveniendo peccet mortaliter. q̄ affuit consensus. Sed rōne metus non puniretur ita acriter. si eum si venisset contra iuramentum libere p̄stitum. Et dicerem q̄ obi constaret de hoc. scz q̄ habuerit animū se obligandi. deberet puniri p̄ mortali. li et nō ita acriter. Et sic restringo. c. verum. §. ceterum. extra. e. aut sumus includio: an habuerit animū se obligandi vel ne. Et dico q̄ sic p̄rie loqui tur. d. c. verum. Nam includio. p̄sumēdum est q̄ nō habuerit animū se obligandi. Sed q̄ posset accidere contrarium. ideo ne ecclesia daret materiam deierandi: voluit q̄ in dubio obseruaret. Sed post factum respectu pene. que est restringenda. p̄ sumit in mitiorem partem: vt. s. non puniat tanq̄ p̄ mortali. hec Panor. Quo tñ ad primum. scz q̄ nō habuit animū se obligandi. tenent theologi. q̄ talis metum passus peccaret mortaliter iurādo. Et hoc videt tutius & rationabilius. Idem dicendum fm. Bon. in. iij. di. xxix. de eo qui dolose iuravit. cum tñ animū non haberet se obligandi. q̄ licet in foro contentioso talis iurans teneat nō tñ in foro conscientia: hac rōne. qm̄ obligatio iuramenti nō est fortior obligatio voti: vel matrimonij. Sed matrimonij non est verum matrimonij: nisi ad. sit consensus interior: nec votum est obligatorium nisi ad sit intentio obligādi. Sic ergo nec ipsum iuramenti dolosum. Nec obstat auctoritas Sidori q̄ quacunq; arte verbis quis iureret: deus sic acci- pit. sicut ille cui iuratur: intelligit. Rū. Bon. q̄ iste sermo causaliter intelligit: vt dicas q̄ deus sic acci- pit: q̄ sic vult accipi ab ipsa ecclesia. Et sic vult etiā iudicari. Et vide Bon. vbi s. vbi querit: an iuramento coactum sit obligatorium. Quidā distin- gunt inter iuramentum assertorum. & pmissorum. Respectu assertorum coactio nō excusat a toto: sed a tanto. Si quis coactus iurat & assentit falso esse vereum: incurrit crimen iurij. In iuramento vo. p- missione: coactio que surgit ex metu qui p̄t cadere in constantem virum erusat a toto: tale em̄ iuramento licitum est. & nō est contra deū. quo quis p̄mitit aliquid alicui se facturum. Et ideo respe- ctu talis iuramenti p̄t interuenire coactio sufficiens ad inclinandū etiam constantem virum. ergo tc. Sed q̄ Aug. videt tenere tale iuramentum esse ob- ligatorium: vt de quodam qui coactus iuravit du- tere quandā in uxorem. Ideo est alius modus di- cendi: vt distinguat inter forū ecclesiasticum. et forū conscientiae. Ita q̄ obligatio iuramenti coacti eccl- trario se habet obligationi iuramenti dolosi. Nam in foro ecclesie iuramentum coactum non est obli-

gatorium. Nam ecclesia p̄sumit q̄ iurauerit non voluntate implendi iuramentum. sed potius eua- dendī periculum. etiam in odium violeri. qui mul- lum habet ius reperendi. In foro autē dei iuramen- tum coactum obligatorium est. cum deus respiciat voluntatem interiorē. & voluntas nō possit co- gi coactione sufficientē inducente. Et ita cum talis voluntas coacta: voluntas sit. iudicat deus ta- lem hominem obligari: etiam in foro conscientiae. Et fm theo. est consulendum ei: vt iuramentū im- pleat: nisi relaxatōnem inneniat. Et hoc si iuramen- tum fuit respectu reūlīcite. Nec obstat de voto. scz q̄ vota coacta. non obligant. quia dico q̄ non est simile. quia votum respicit obligationem ad deū: qui vult sacrificia nō coacta. Si quis tñ coactione inducente cogat: vt votum emitat: vici. vt in pe- riculo mortis existens a dō libere. non videat ab- surdum dicere eum esset obligatū. Nec etiā est sile de matrimonio: vt dicitū est.

Quid de duobus habentibus mensuram cōita- tis: vel stateram quam consuerunt portare ad ve- dentes & mercedem recipere. si iurauerunt sibi in- cem decetero nō portare? Rū. fm. v. v. Si et hoc multum damnificati sunt: puta. quia p̄sum est de alia mensura. nō possunt auctoritate p̄pria veni- re contra iuramentū. nisi forte ex hoc ad extremā necessitatem deuenirent: vel nullo modo possent habere unde viurent. Episcopus tñ absq; tanta necessitate posset huiusmodi iuramentum in mele us cōmutare. cum nulli sit utile & aliquibus dam- nosum.

Sed si unus p̄dictorum iurat. nunquid alter poterit venire contra iuramentum? Dicendum q̄ si intendebat iurare sub condicione. scz si alter non portaret. tunc altero portante nō tenebit. Si autē absolute iuravit tenebit. q̄ si nescit quō iuravit vel intendit. tunc si emolumentum est cōmune am- bobus. uno iurante: reliquis nibilominus tene- bitur. cum nullum ex hoc fiat ei p̄indictum. Si au- tem emolumentum est solum eius qui portat. tñ be- nignus est inter p̄tandum. s. q̄ nō seruanti fidem. nō p̄misit cum dāno suo & lucro alterius. Nam generaliter fm. Hostiē. & Ber. si duo sibi aliquid ad inicem iurauerunt. uno nō seruante. aliush̄ nō teneat. extra eo. sicut el. iij. nisi q̄ iuratus est. esset in honorem dei. vt si iurauimus q̄ diceremus psalte- rum p̄ inicem. vel ad certam elemosynam dare- mus.

Annquit paganus qui iurat p̄ falsos deos nō concescos: teneat? Rū. fm. Ray. q̄ cū iuravit pec- catum cōmisit in iurando. Sed si modo nō seruat fidem. p̄missam: addit peccatum peccato. Concor- dat R̄bo. et addit q̄ licitum est accipere iuramen- tum eius qui paratus est p̄ falsos deos iurare. non tñ licet eum inducere ad hoc.

Quid si quis audit aliquē iurare id: qd̄ audiens scit falso esse? Rū. fm. Ray. sufficit audiēti. & te- net vt indicet illis quis p̄fuit p̄ficerē. & nō obesse p̄iur- rosue eum corripēdo. siue p̄ eo orando. xxi. q. v. hoc. videt.

Quid si quis iuravit non reuelare secretū: an

Jurare

In distinete teneatur tenere secretum? **R**ū. fī. **P**anor, de mente glo. in. c. ego. extra eo. q̄ si quis iurauit non reuelare secretum. debet intelligi de honesto: et nō alteri nocuo. et q̄ tunc possim reuelare. non tamen omnibus. sed illis qui possunt professe. p̄ hoc vide tex. iuncta glo. singulari. in. c. ner vi. xiiij. dis.

Quid si clericus iurauit se seruaturum statuta in eccllesia sua edita. et postea fit nouum statutum? **R**ū. fī. doc. in. c. clericus. extra eo. distinguendo. q̄ si in statuto fuit appositorum istud verbum. edita et non edenda. q̄ tunc non extendit ad futurū. q̄ non debet extendi ad ea de quibns non fuit verisimiliter cogitatum. si autem nō fuit appositorum istud verbum. edita. sed simpliciter iurauit seruare statuta. **I**o. an. 7 clarus. d. **L**ar. dicunt. q̄ tunc obligarietur etiam ad edenda. **Q**uod non placet **P**anor. quia propter periculum perjurij: iuramentum est grauius preiudicij et stricte interpretationis. **I**deo non extendendum. immo potius restringendum. vt nō comprehendat etiam quod ex lata verborum significacione possit comprehendere. hoc vult **A**rchi. in. c. ne quis. xxiij. q. ii. **P**osset tamen sic distinguiri. q̄ aut ista statuta que postmodum fiunt non sunt multi preiudicij: et tunc extenditur iuramentum ad illa. argu. in. l. fī. **C**. que res pi. ob. po. et quod ibi notatur. q̄q̄ enim perjurium sit in se grauissimi p̄ iudicij. tamen debemus attendere. nō ad id quod venit accessorie. sed ad id quod iuramentum obligat principaliter. **S**ic ad statuta fienda q̄ sunt modici preiudicij. sicut cum obligo bona mea simpliciter. veniunt etiam futura: quia in obligatione agitur de modo preiudicij. **E**t hoc expresse volunt **H**ar. in. l. si stipulatus fuerim. s. cum stipulamur de ver. oblig. Aut sunt grauius preiudicij. et tunc iuramentum ad illa non extenditur. ar. in. d. s. cum stipulamur. et in. l. si mandauero. s. is cuius. ff. mādati. et c. felicis. de penis. lib. vij. vbi habetur q̄ publicatis bonis alicuius simpliciter. nō veniunt bona futura. **E**t hoc propter grauitatem preiudicij. **E**t sic reducitur ad concordiam cum. d. l. fī. **E**t hec notabis. q̄ si talis clericus promisit per prius p̄stum iuramentum seruare illud statutum quod postea factum est. iterum nō est obligatus ex iuramento fin quodam. **S**ed **P**anor. vbi s. cōcludit post dicta doc. q̄ si potest constare in foro anime vel iudiciali q̄ ille intendebat nouiter iurare: obligabit de iuramento. ar. extra eo. et si xps. **E**t sic in dubio videtur satis voluisse iurare si expressit verbum. **I**nro. vel consimile. **I**dem intelligendū de eo qui si nonus eius alicuius ciuitati et iurat seruare statuta.

Quid si aliqui domini temporales: vel clerici: vel prelati iurant seruare statuta et consuetudines alicuius loci: vel ecclie. et inter illa sunt aliqua illicita vel impossibilia: vel libertati ecclesiastice obviatio. **R**ū. si iurantes hoc scierunt. non debuerunt sic generaliter iurare: nec sunt aliquatenus huiusmodi iuramenta seruanda. sed solum alia. **S**ilr. etiam si nesciunt nō sunt seruanda. q̄ non tenent ad illa extra eo. contingit. li. vi.

Vtrum ille cui iurando aliquis promittit. possit relaxare iuramentum? **R**ū. fī. **D**ir. vbi s. q̄ aut quis iurat se facturum aliquid alteri: quod pertinet ad cultum diuinum. aut ad comodum temporale. **S**i iurat aliquid. quod pertinet ad cultum diuinum: aut ad religionem vel pietatem. non possunt sibi remittere talia iuramenta: vt si duo iurāt tria psaltema pro inuicē dicere: vel si p̄scatores: vel alii mechanici iurant de lucro suo certam portionem p̄farcere fabrice ecclie: vel in alios pios usus: vel si duo iurant ire ultra mare: et ibi deo militare: possunt tandem sibi remittere q̄ simul non vadant. **S**i vō iurant se facturos aliquid quod respicit comodum temporale. **D**istinguuntur. q̄ aut p̄ter illud iuramentum tenentur als illud facere. aut non. **S**i tenent p̄ter iuramentum als illud facere: puta quia carnis iurant non vendere carnes infectas pro sanis. **V**el mercatores. q̄ non sophisticabunt merces suas: vel ob prolixorem terminum carnis nō vendent. **E**t tunc nequeunt sibi remittere: quia p̄ p̄ter salutem animarum sic iuratum videtur. **A**ut non tenentur sine iuramento seruare quod iurāt: sed solum ex iuramento. **T**unc distinguunt. aut obseruantia iuramenti spectat tñ ad comodum: vel incomodum iurantium. vt scribere librum vel domū edificare. et huiusmodi. tunc remittere sibi possunt. aut obligatio iuramenti respicit deum: vel tecum. vt iuro tibi q̄ dabo. x. **P**etro. et tunc iuramentum: qd tangit deum: vel tecum remittere nō p̄t. **H**ec **D**irectiona. et est notabilis distinctio. **E**t facit ad multa.

Quid si venditor iurauit non venire contra vēditionem. et nunc dicit se deceptum ultra dimidij iusti precij. nunquid debet audiī? **R**ū. glo. in. c. cum causa. de emp. et vendi. dicit q̄ si maior est. nō anditur. **S**ecus si minor: quia per tale iuramentum non excluditur. nisi beneficium etatis. **N**on autē q̄ renunciet iuri communi. vnde potest agere ad supplementum precij: vel ad rescedendum vēditionem. tale enim iuramentum representat eum maiorem: nisi iurasset rem non repeteret vel p̄ceū eo q̄ deceptus esset ultra dimidij. quia tunc via q̄ via esset ei preclusa propter iuramentum. **A**ddit tamen **P**anor. ibi. q̄ si minor esset enomiter lesus posset petere absolutionem a iura mēo. etiam si interuenissent verba magis specifica: vt quia dixit se velle donare totum quod plus valebat enā in magna quantitate. quia in minore p̄sumitur deceptio arg. l. si quis cum sciret. ff. p̄ emp. **E**t idem credit dicendum de maiore: vt possit petere absolutionē a iuramento. ratione enomissione lesionis: intelligendo q̄ nō donauerit qd plus valebat: quia non presumitur in tanta quantitate donatio. sed deceptio. hec **P**anor. in. d. c. cum causa. vbi etiaz resert. **D**e belap. tenuisse. q̄ per tale iuramentum generaliter factum a minori. minorez excludi ab omni beneficio sibi competenti. et videlicet ibi. an requiratur specifica mentio de tali beneficio. ad talē renūciacionē faciendam?

Quid si puella q̄ iurauit non habere regressum ad bona paterna: sed q̄ esset dote contenta. **A**n ob-

Juramentum. I. Fo. CLIII.

stante iuramento: possit habere regresum? **D**ic q̄ non: sed debet seruare iuramentum. vide s. **H**os. **A**dde p̄dictis quod singulariter notat **P**anor. in c. non sine. de arbi. vbi ponit istam regulam quaz dicit esse verissimam. q̄ quantumcumq; iuramentum prohibetur a quacunq; lege etiam canonica vel dimina. tamen si nō continet in se peccatum. tenetur iurans obsernare iuramentum. licet peccaverit in iurando. pro hoc facit. c. et si chastus. extra eodem.

An autem mulier que fecit donationem. et iuravit non contrauenire superuenientibus liberis posse renocari. Vide s. **D**onatio. i. z. c. **E**mptio.

II. **I**uramentum. I. Que

Iest forma iurandi. Multe sunt. Nam olim in testamento veteri aliter iurabat aliter in testamento novo. Et fm **H**on. in. iij. dis. xxxix. duplex est modus iurandi. scz per prepositionem. per. et per prepositionem. in. **Q**ue autē sit differentia. dicit q̄. per. magis dicit ipsam veritatem sub ratione testificantis et p̄cipiantis. **P**repositio autem. in. importat habitudinem diuine veritatis sub ratione testificantis et exemplantis. vnde fm rem idem est iurare in deum et per deum. **E**t dicere testis est mihi deus. Et ideo potest dici. q̄ dicere in conscientia mea sic est. vel in anima mea: est iuramentum. Et idem est in re. sicut dicere p̄ conscientiam meā et p̄ animā meā.

Que exiguntur iu iuramento ut recte fiat? **R**u. tria. scz veritas. iustitia. et iudicium. **V**eritas enim semper debet adesse: vt scz sciat quis firmiter verū esse quod iurat. **I**usticia: vt scz quod iuratur licet sit et honestum. **J**udicium. id est discreta delibera-
tio. vt scz non iuret etiam verum: nisi ppter necessitatē. et utilitatē. de hoc dictū est s. **J**urare. **Q**uedam tñ alia magis specialiter requiruntur. que his verbis continent. **S**i iuramentum licet vis di-
scere; cerne. **Q**uis. cui. quando. quid. p̄ quod. cur.
quo.

Que est maior obligatio voti. vel iuramenti? **R**u. fm **T**ho. scđa scđe. q. lxxix. **V**otum ex sua ratione est magis obligatorium. Nam obligatio voti censatur ex fidelitate. quaz deo debemus. cuius transgressio infidelitatem et per consequēs irreuerentiam continent. Obligatio autem iuramenti cau-
satur ex reverentia. quam debemus ei. ex qua tene-
mur q̄ verificemus id quod per nomen eius pro-
mittimus. cuius transgressio continent irreuerenti-
am tm̄.

An autem viri possint irritare iuramenta vero-
rum? **R**u. fm. p̄. nō: nisi sint talia que vero non potest implere sine scandalo et p̄iudicio viri. de hoc vi-
de s. **I**eiunium.

Otrum in iuramentis possit dispensari? **R**u. fm **T**ho. vbi s. In iuramentis promissoriis dispense-
sari potest. sicut in votis. vbi notandum. q̄ illud
quod cadit sub iuramento promissorio. aliquando est manifeste peccatum. vel maioris boni impediti-
num. Et tale iuramentum dispensatione non indi-
get. Aliquādo est dubium. Otrum sit licitum; vel

illicitum. proficuum: vel nocivum. aut simpliciter aut in aliquo casu. **E**t in hoc potest quilibet episco-
pus dispensare. Cum vō promittitur aliquid sub
iuramento: quod est manifeste licitum et utile. In
tali iuramento non videt habere locum dispensa-
tio: vel cōmutatio: nisi aliquid melius occurrat fa-
ciendum ad communem utilitatem. **Q**uođ maxi-
me videtur pertinere ad potestatem pape. qui ha-
bet curam vniuersalis ecclie. Similiter etiam et
iuramenti absoluta relaxatio. **A**dde qđ notat **D**i-
rectoria. li. ii. q̄ papa quemlibet absoluere potest a
iuramento ex causa iusta: puta. propter scandaluz
intolerabile: vel si malum exemplum p̄drogetur.
in multos clave nō errante. xv. q. vij. auctoritatem.
Et disp̄sare potest in voto et illud cōmutare in ali-
ud. quod magis sit deo acceptum. et etiam in iura-
mento ex eisdem causis. quia auctoritas superioris
in omni iuramento est excepta. extra eo. venientes
Sed si aliquis voluit vel iurat aliquid quod licite
et honeste seruari potest. nec subest causa. papa illud
mutare non debet. **S**i tamen absoluta aliquem te-
net absolutio. quia est supra ius positum. **E**t etiaz
contra ius diuinum potest dispensare. dum tamē
contra euangelium: vel articulos fidei non dispen-
set.

Que autem sit differentia inter papam et ep̄m
quo ad dispensationem voti et iuramenti? **R**u. fm
Panor. in. c. proposuit. de conceſ. preben. q̄ episco-
pus non liberat ex toto a voto. sed cōmutat in cau-
sam magis acceptam: vt extra de voto. c. i. **S**ed pa-
pa ex causa potest ex toto liberare: quemadmoduz
potest ipse deus. quia verisimile est q̄ deus er cau-
sa dederit potestatem suam. inter homines vicario
suo. als non fuisset bonus paterfa. si diuiliſſet gre-
gem suum sine pastore. qui ex causa possit omnibus
consulere. **V**onde **W**o. in. c. q̄to. de transla. pl. di-
cit. **C**um idem sit dei et vicarii sui consistorium. po-
test papa sere omnia facere. que deus potest. clavis
non errante. Nam generaliter dixit xp̄us **P**etro.
Quodcunq; liga. zc. **E**t qui totum dicit nihil exci-
pit. **E**t idem dicit circa iuramentum. Illud tamen
papa nō relaxat sine causa: vt notabiliter dicit **H**u-
no. in. c. cum inter. de renun. et glo. in. c. q̄to. de iu-
rinran. Ex quo infertur q̄ cum papa sine causa non
possit alium a iuramento absoluere: fortius nec se
ipsum. bec **P**anor.

Qualiter intelligitur illa auctoritas. xxiij. q. v. c.
iuramenti. q̄ dens nō facit differentiam inter iura-
mentum. et simplicem loquela? **R**u. **P**anor. in
phemio decre. dicit q̄. dens nō facit differentiam
inter illa duo. quando simplex loquela continet p̄-
fidiam: vel mendacium: vt quia venit ad decipiendū.
Et sic proprie loquitur ille tex. iuramenti: vt
puta. quia aliud aliunde sibi p̄uidisset: nisi ipse ei
pmisisset et bmoi: vel qđ pmittens ex causa alia habe-
bat illud facere ex debito.

Iuramentum. ii. **D**e
iuramento vniuersitatis sive alicuius
societatis. Aduertendum est q̄ quando
vniuersitas alicuius ciuitatis vel collegij iura-
cc iii

nota 6.

Juramentum. v.

mento se obligant et iurantes iam mortui sunt. successores facientes contranō sunt propter hoc per iuri. Nam obligatio iuramenti est personalis. et nō transit ad successores. tenet tñ ex quādā fidelitate adimplere qđ iuratum est.

R Quando multitudine iurat aliquid facere vel nō facere. nunquid aliquibus contrauenientib⁹ possint ali⁹ contrauenire? **Rū. fm. v.** Si absolute ⁊ in omnem euentum iuratum est. quilibet obserua re tenet. Si vō sub conditione vel ob determinata causam: puta. si ali⁹ seruarent ⁊ hīmō. non tenetur quis nū existente conditō. ar. extra de condi. ap. verum. extra eo. puenit. vnde si oēs ali⁹ vel plures non seruent. in hoc casu absolutividentur ali⁹. Si vō pauci sunt qui nō sernarent. recurrendū est ad intentionē iurantū. vīc⁹ qđ si intendebant qđ quo cunqđ nō obseruāte; ipsi no tenerent. Aut solū si multi essent illi qui nō seruarent. Et si de intentiō nescit; tutius est seruare.

R Quid aut dicendum de iuramentis scholarū: univerſitatis: collegiorū: verberatorū ⁊ hīmō: qui iurauerūt multa in eorum statutis cōtentā: an sint piuri cōtraueniendo? **P**aul. in cle. i. de reg. distinguit. qđ aut illi de univerſitate: aut collegio iurauerūt seruare statuta. aut cōtentā in eis. **N**umo ca ſu si cōtraueniunt collegialiter. nō incident in per iurium. qđ tollunt statutum. ⁊ qđ p̄s tollit iuramentum: statuto accessorium. Si aut iurant seruare cōtentā in statuto. tunc incident in piurium: veniendo cōtra: sine cā rōnabili. Et hoc intelligit **P**anor. in. c. dilecto. de p̄ben. qđ iurauerunt cōtentā in statuto seruare: nulla habita mentione de statuto: ut puta. si dixerunt. iuramus nō recipere aliquē qui nō sit gradatus. **S**ecus si dixissent. iuramus nō recipere aliquem qui nō sit graduatus sicut contineat in statuto: quia hoc casu viden⁹ iurasse seruare statutum. Idem sentit. do. **C**ar. in. d. cle. j. Et dicit qđ nō solū exp̄ſe. sed etiam tacite remoueri p̄t. qđ tale statutum obligat tanqđ singulos et non tanqđ collegium. Et ideo consulit qđ tales tollant statutū ante qđ contraueniant: quo loblato. iuramentum sublatum est. Et ita seruat. Sed si contraueniunt non sublatō statuto: adhuc p̄babiliter videſ posse defendi: qđ intelligunt deſtruxisse statutum. Et sic nō sunt piuri. qđ cum possint tollere statutum exp̄ſe. ergo ⁊ tacite intelliguntur sustulisse. ex quo apparet de voluntate cōtraria. Nec est verum qđ sint qđ iuri. eo ipso qđ incipiunt cōtrauenire. qđ iuramentū obligat singulos ⁊ nō collegium. cum non sit suscep tible piuri. ar. extia de sen. ex. romana. in. vi. bāc op̄i. videſ etiā ſentire **H**o. an. in. c. j. de his que fi. a ma. par. ca. **S**ed **H**o. de lig. in. d. cle. j. dicit. qđ in pri mo membro cōtraueniendo etiā collegialiter incidunt in piurium. **P**anor. autē in. d. c. dilecto. dicit qđ hec materia ſemp̄ ſibi fuit vīſa difficultis. Et p̄ cō cordia dicit. qđ aut singulares de collegio iurāt seruare statuta singulariter: ita qđ habitu respectu ad formā ⁊ ſubſtantia iuramenti: potius ligat eos singulariter. Et tunc sublatō statuto collegialiter. nul lum piuri incurruunt cōtraueniendo. Et hoc ca ſu intelligere p̄ma op̄i. veram. Exemplū. statutum

est vt nullus vocem habeat. n̄i ſit matriculatus. **I**urarunt singuli seruare statutum. Lerte iurame tum hoc ca ſu cōcernit obſeruātiā ſingulorū. Ideo ſi collegium deliberat tollere statutum. nō peccant singuli poſtmodum cōtraueniēdo. **B**ed ſi iuramentum stringit eos ad obſeruāndū collegialiter. tunc habet locum alia opinio. vt ſine metu periuri nō poſſint etiam collegialiter cōtrauenire. ca ſa rōnabili non ſubſiſtente. **H**one exemplū in ca ſu. d. c. dilecto. Nam canonici iurādo nō recipere aliquē ultra numerū ſtatutū: iuramentū videſ babu iſſe ſpectum: vt etiam collegialiter nō recipiant: qđ nulli dubium qđ ſingulares nō poſſunt ſingula riter eligere canonicos. vnde ex forma ſtatutū iuramenti poferis cōprehendere utrum iuramentū ſtringat tñ ſingulos ſingulariter: an vō ſingulos collegialiter. Et ad p̄petuationem ſtatuti adhibeas banc cauelam. vt ſinguli iurant cōtentā in ſtatuto. nō habita mentione de ſtatuto. Et vt iurant qđ etiam collegialiter nō contrauenient. Subſiſte poſtmodum cā concerneſ ſauorem publicum p̄t cōtrauenire. vide de hoc glo. notabilem. rj. di. in hiſ.

R Quid autē dicendum de ſtatutis cōtitutis: vel univerſitatis: aut collegiorū. ſeu fraternitatū. qđ quidē ſtatuta multoties ſunt cōfirmata ab ep̄is aut principib⁹ cōtitutum: vel terarū. In nō obſta te hac conſimilatō poſſint contrauenire eo tñ mo do vt dictum eſt: **D**ic qđ ſi ſup̄ior ſimilatō p̄dī cōta ſtatuta ex certa ſcia. ⁊ cum cauſe cognitō ſic in ſuperiores abſoluere: nec diſp̄ēſare poferūt: alia ſecus **H**ar. tñ in. l. oīm. **L**. de testa. videſ tenere indiſtin cte. qđ in ſuperiores poſſunt cōtrauenire. Dicit enī qđ tē ſtē ſit factum de cōſenſu principis. tñ p̄t reuocari ſine eius cōſenſu. **D**icit ad ſtatuta fm. eum qđ ſunt in ducatu ſpoletano cōfirmata p̄ ſup̄iorē. Et ſic p̄t ſine eius cōſenſu reuocari. Adde in p̄di cōtis qđ notat **P**anor. in. c. cum accessiſſent. de cōſti. qđ ſtatuetes p̄t recedere a ſtatuto cōfirmato a ſe de apostolica vel alio ſuperiore. ⁊ redire ad ius cōf. nō obſenta alia licētia ſup̄iorē. Et idē tenet **G**al. in. l. oēs pp̄l. ff. de iu. ⁊ iure. **S**ed **H**ar. in cōtrariū eſt in. d. l. oīm. **S**oler **P**anor. ſic cōcordare. Aut ſtatutum cōcernit principali ſauore ſtatutū. ⁊ p̄ce dit p̄ma op̄i. Nam cōfirmatio habet vim cuiusdā p̄miliqđ. cui p̄t ſtatuetes tanqđ p̄miliqđ renunciare. Si voſtutū cōcernit ſauore aliorū vel ius publicum. ita qđ nō mere ipſos ſtatuentes. tunc p̄cedit alia op̄i. qđ ex quo ſup̄ior ſimilatō ſtatutū. **D**icit ſi ſtatuetes vel eonū ſuccesſores veniunt ſceter cōtra ſtatutū. viden⁹ tollere ſtatutū. Ita qđ p̄ vīcū actum cōtra ſtatutū factum. tollit ip̄m ſtatutū. Idem **H**o. ⁊ **H**o. an.

R Quid autē dicendū de ſtatutis quarūdā terrarū. vt in rippiā ianue. que nō p̄mitunt vīnū aliunde apportatū vendi in ſuo teratō. qđ vīnū illū

terre inueniat venale p tanto vel tanto precio. Et multoies talia statuta sunt confirmata iuramento. An sit obseruanda? Rū. fm. Non al. q̄ bmo statuta et iuramenta sunt illicita et nō obseruanda. cum etiā circumscripto statuto vel iuramento; talia obseruare vel facere intērē corrupta; illicitū sit. Et hoc videt rōnabile. Secus aut si aliqua bona intentiōe. et ad bonū reipublice; vtputa. habēt vinavalde debilita et corruptiōi obnoxia. q̄ longo tpe seruari nō p̄t. Et si vina aliunde portarent. sua vina vendi non possent. et sic terra illa graue damnū incurreret.

Ds. Quid ē ius. quid
Rū. fm rigor: quid equitas; et quid dispensatio? Rū. fm Ho. ius est ars boni et equi: cui ins merito quis nos sacerdotes appellat. i. sacrorū pceptoriū ministros. Rigor: v̄o est excessus vel au- steritas iuris aliquoties ad terrorē scriptus. qui quidē nō est seruandus; nisi vbi timet ne pctm re- ducas ad alios p exemplū: vt in. c. sed illud. xlvi. di. Quicq̄ tñ rigor idem est qd subtilitas iuris. et serua- dus est extra de resti. spoli. in l̄fis. Equitas: v̄o est mediū inter rigorē et dispensationē. Et sic diffinīt. Equitas ē iustitia: dulcore misericordia temperata. Quid sit disp̄latio dictū est s. Dispensatio. de hac mate- ria vide s. Iudex. i. vbi determinat. An index de- beat sequi ius: an equitatē.

Otrum ea q̄ contra ius fiunt valeant? Rū. fm Panor. in. c. in noīe dñi. de testi. distinguendo. aut dispositio nō est penalis; aut sic. Si nō. regulariter acus est nullus; vt in regula q̄ cōtra ius. et in. l. nō dubium. L. de legi. Et hoc intellige q̄ lex habet p petuā cām phibitōnis. i. rō phibendi est ppetua. Secus si tpalis. de hoc vide s. Impedimentū. xvij. in. c. vides. x. di. et ibi bona glo. Aut dispositio est penalis. Et hic est maxima difficultas. Quidā di- rerunt q̄ p appositionē pene sustineāt acus. q̄ lex nō videt tunc simpliciter phibere. sed ultra pces- sit apponendo penā. Hoc verum: nisi lex inducat ultra penā actus nullitatem; vt in. l. iubemus. L. desa. san. eccl. et in. c. qz ppter. de elec. hec tñ opinio nō videt placere Bar. in. l. ptor. ff. de no. ope. nun. allegat. d. l. iubemus. et multa iura q̄ ultra pena in- ducent nullitatē actus. Sed certe posset r̄nderi q̄ in illis iuribus lex nō fuit cōtentā pena extrinseca; sed etiam voluit inducere nullitatē actus. Panor. tñ aliqualiter limitat predicta; dicens q̄ non semper ex non obseruantia legis inducē nullitas ipso iure. sed quandoq̄ p̄stat causam irritandi. quandoq̄ v̄o ipso facto irritat. Scire enim debes q̄ quan- tioq̄ lex iubet aliquam solennitatem adhiberi tem- pore cōtractus. et tunc si aliter fiat. actus est nullus ipso iure; vt in. c. sine exceptione. xij. q. ij. et in. d. l. non dubium. et c. auditis. de elec. et. L. de testa. bac consultissima. Quandoq̄ lex iubet aliquam solēni- tatem adhiberi post contractum vel alium actum perfectum. et tunc si illa solennitas non interuenit. nō inducē actus nullitatis ipso iure. sed non valet in effectum. quia debet annullari nisi aliud expres- se caueretur in dispositione. Et hoc videt probari in. l. yniuersa. L. de preci. imp̄era. offe. Pone exem-

plum: statutum dicit de quolibet contractu solna gabella decem solidis. p libra. certe si non soluitur cōtractus remanet validus; licet possit annullari. Quod pcedit etiā si lex dicat. als nō valeat. Debet enim intelligi non valeat. scz in effectu; vt in. d. l. yni uersa. Secus si diceret: nō valeat ipso iure. vel ipso facto.

L Egare. Quid si lega-

I tor legavit rem alienam? Rū. Panor. in. c. filius. de testa. dicit q̄ aut quis legat rem alienam in qua habet aliquod ius. Et in dubio videtur solum ius legare. quod habet in re. Et sic nou debetur extimatio totius rei: vt in. l. ser- ui electione. de le. i. Idem si testato: putabat aliqd ius habere in ea re: quod tamen extinguebat mor- te: vt in. l. vro patrui. fm vnum intellectuz. L. de le. Et per hoc possit attentari q̄ si testator legavit rem alienam sibi pignoratam: videatur legasse ius pignoris quod habebat in re. Aut legat rem sibi et alteri cōunem. et tunc videt legare partem suam tm̄. licet dixerit rem meam: vt in. d. l. serui. Et hoc verum: nisi testator dixisset. lego totam rem v̄l verba similia. quia tunc debetur extimatio totius: vt l. iulianus. de le. iii. Et nota Bar. in. l. cum alienā. L. de leg. Aut legat rem omnino alienam. Et tunc aut est heredis. et tunc omnino debetur. nec suffi- cit dare extimationem. quia testator potest legare rem heredis sicut propria: vt est p̄sler text. in. l. vnu ex familia. S. si rem. ff. de leg. ij. Aut legat rem alte- rius q̄ heredis. Et tunc aut scienter. et debetur illa res vel eius extimatio: vt. d. l. cum alienam. Q̄ un- mō sit talis res: cui cōmerciū possit haberi: als in- utile est legatum: puta. si legatur res sacra: vel res principis. l. apud vnl. in. fi. ff. de le. i. Si v̄o legavit ignoranter: tunc aut extraneo: et non valet legatiū. d. l. cum alienā. Aut coniuncte persone. cui als fuisset reliktus. etiā si sciūisset. rem alienā et debet extimatio. d. l. cum alienam.

Et ex predictis soluitur questio que nunc defa- cto accidit. Quedam mulier legavit quandam ve- stem alienam. scilicet socii eiusdem monasterio p salute anime sue. Un valeat. Et dicendum est per predicta q̄ sic. Nec obstat dictū. c. filius. quia licet ibi ponantur plures lecture. tamen illa Innocen- est verio: et communior: vt intelligatur rex. quan- do filius legat rē ecclesie alteri ecclesie. Secus quādo legaret in pios v̄sna rem alienam. que non esset alicuius ecclesie: vt in. casu nostro. Et hunc intel- lectum tenet Blo. in. c. si episcopus. xij. q. v. vbi Ar- chi. videtur dicere q̄ i hoc casu legatarius poterit agere ad extimationem. Et q̄ saltem debeat exti- matio et valeat legatum: tenent cōiter doctores in d. l. cum alienam.

An autem hoc habeat locum in foro canonico et anime? Panormitanus in dicto. c. filius. dicit. q̄ communiter doctores tenent q̄ sic. licet ipse re- neat contrarium. Sed ex quo ipse dicit. q̄ commu- niter docto. alia tenent opinionem. et ideo videtur tenenda: presertim quando cōstat de mente defun- ci: puta. quia sciebat dispositionem iuris ciuiliss.

cc lxx